dignu3 templū dñi fuit signatum.4.R.4. Ubi dicitur sententialr.ꝙ cu3 elyseus frequenter trāsiret per quādam regionem q̄ vocabatur suna diuertit ad domū cuiusdam mulieris sunamitis vt comederet panem que videns istu3 ꝓphiam ad se frequēter venire dixit ad viru3 suū animaduerto ꝙ vir dei sanctus ē iste qui trāsit frequēter per nos faciamus ergo ei cenaculum puū ꝗ ponamus enim in eo lectulū ꝛ mensam ꝛ selam ꝛ candelabru3.vt cum venerit ad nos maneat ibi.ꝙ ꝛ factum est vt mulier illa dixit.¶ Ubi sciendum ꝙ p mulierē3 sunamitem qui interpretat misera vel captiua seu mortificās vel mortificata intelligi potest peccator qui primo miser dicitur quia caret diuina gratia d quo Apoc. 3.Dicis ꝙ diues es ꝛ locupletatus ꝛ nullus egeo.ꝛ nescis quia tu es miser ꝛ miserabil' pauper cecus ꝛ nudus. ¶ Secūdo dicitur captiu⁹ quia per peccatū ligatus a dyabolo captiuat.¶ Tertio dicit mortificans seu mortificatus.quia in se mortificat diuinam gratiam vitam hominis spiritualem ꝛ ideo est etia3 mortificatus vnde tali cominando dicit dominus Apoc. 3. Scio opera tua quia nomen habes ꝙ viuas ꝛ mortuus es.¶ Per heliseum q̄ deus meus saluator interpretat intelligitur Christus yhs qui verus de⁹ ꝛ homo ꝛ noster saluator scimus quia hic est vere saluator mundi Jo.4.Iste venire frequēter dicitur ad hominem peccatorem quando sibi bonas inspiratiōes immittit vt cōuertatur ad statu3 gratie.h igitur sentiēs ꝛ cognoscens Christu3 ad se tam benigne ꝛ misericorditer venientem debet instar mulieris huius alloqui virum suū:per virum enim in homine intelligitur ratio q2 sicut vir domum regit sic ratio in homine debet ipsum in suis actibus regulare quando vero proponit vt Christo fiat habitaculum non debet resistere sed vt xp̄s in eius anima hedificetur paruū habitaculum cōsentire in quo debem⁹ quattuor ponere instar illoꝝ quattuor q̄ in cenaclo eliseo ꝑparato fuerūt posita.s.

Lectulū puritatꝭ ꝛ mundicie.
Mensa pietatis ꝛ mie.
Sellam hūilitatis ꝛ obediētie.
Candelabrū rectitudinis ꝛ eui^c.

¶ Primo lectulum puritatis ꝛ mundi^c. Nam homo deb3 purgare animā sua3 ab omni peccato vt possit dr̄e illud Cant.2. Ecce tu pulcer es dilecte mi ꝛ decorus.lectulus nr̄ floridus.i.ab omni peccato mūdus ꝛ purus.¶ Secūdo debemus ponere mensa3 pietatꝭ. ꝛ mi̅sicordie ad ꝙ nos faciendum d3 mouere illud Mat.Beati misericordes qm̄ ipsi misericordiā cōseqn̄tur vnde xp̄s Luc.6.Estote misericordes sicut ꝛ pr̄ vester misericors est. ¶ Tertio debemus ibi ponere sellam siue scānū hūilitatis ꝛ obedientie.Nam hō debet sedere sup virtutem hūilitatis que ē alioꝝ fundamentū virtutū ꝛ inde respicere qd sibi p hūilitate3 eueniat q2 exaltatio i gl'a padisi.quia q̄ se hūiliat exaltabit Luc.14. vn̄ Ambrosius.Quisqs cupit deitatꝭ eterne fastigia hūilitatis.yma sectet.Nam secundu3 Aug.sup Johānē3.Excelsa ē p̄ria humil' est via ergo q̄ querit p̄riam qd recusat viā.q.d.n̄ d3 hūilitatē renuer q̄ vult p̄riam obtinere.¶ 4ᵒ debem⁹ ibi ponere cādelabꝝ rectitudinis ꝛ eui^c.Nā p cādelabrū inq̄ztū est rectū intell'r intētio recta.i q̄ztū ꝯo sup eū ponit lum̄ itell'r eui^a.ꝯuersatōis honestate vt sic fit cādelabꝝ d q̄ dr̄ 3ach.4.Uidi inqt ꝛ ecce cādelabrū aureū ꝛ rectū ꝛ lāpax est sup cap̄ ei⁹.ꝛ septe3 lucerne.sup illud rectū inq̄3 p rectitudinē intētōis lāpax sup cap̄ p honestatē ꝯuersatiōis.ꝛ.7.Lucerne.i.virtutes quas hō d3 in se hr̄e.

Tertia pars.

Equitur ꝛ accesserūt ad eum ceci ꝛ claudi ꝛc.Ubi tangit prodigium potestatis presidentis.ꝙ probat curatio vigorosa. Christus enim

exiſtés in templo vt ſe verꝫ deum ⁊ regé
oñderet ſicut turba clamauerat in ipſius
introitu in ciuitatem ſua ꝓpria virtute fe
cit multa miracula inter q̄ cecos illumia
uit ⁊ claudos erexit. ℭ Sciendū ē autem
loquendo moraliter ꝙ homo per peccatū
excecatur in intellectu.⁊ ſic cecus dicitur
iuxta illud ſap̄.2.Excecauit eniꝫ illos ma
litia eorum.Recuruatur in affectu ⁊ effi
citur claudus.vnde de ipſis conquer itur
dñs.d.per ꝑs.Filij alieni mentiti ſunt mi
hi.filij alieni inueterati ſunt ⁊ claudicaue
runt a ſemitis ſuis. ℭ Iſti ſic ceci ⁊ clau
di in introitu regni celoꝝ priuantur ꝙ fu
it figuratum.2.Re.ij.vbi dr̄ ꝙ cec⁹ ⁊ clau
dus non intrabit in templum dñi.ꝑ iſtud
igitur templū intllr̄ regnum celoꝝ.d̄ quo
ꝑs.Dñs in templo ſcō ſuo:dñs in celo ſe
des eius.ad iſtud templū ceci ⁊ claudi .i.
peccatores intrare non poſſunt niſi pri⁹ vi
ſum recipiant aut i ceſū.Illuminationem
aūt ⁊ greſſum recipit peccator ꝑ aduētuꝫ
xp̄i yh̄u in cuius ſignum dr̄ ꝙ in templo
ſanauit cecos ⁊ claudos.

Quarta pars.

s Equitur.Et videntes āt princi
pes ſacerdotum ⁊c. Ubi tangit
indiciuꝫ prauitatis:ꝙ ꝓbat emu
latio vitioſa.Ualde qdeꝫ rōnabile eſt. vt
qñ aliqs bonus doctor ⁊ magnus ſtat cuꝫ
aliqbus ⁊ ip̄m nolunt audire ſꝫ ip̄m d̄ſpi
ciūt:ꝙ ipos tanq̄ꝫ indignos eius p̄ſentia
deſerat ⁊ ad alios ſe transferat ei⁹ doctri
na cum reuerentia libētius audientes.
ℭ Quia igit̄ principes ſacerdotum ⁊ ſcri
be inuidentes xp̄o non libenter ip̄m au
diebant conuēiens fuit vt ipſis relictis
ad alios ſe transfretet.ſm̄ hoc igitur hic
duo poſſumus conſiderare.ſ.
Collegij perſequentis ꝑturbatōem.
Xp̄i patientis abſentatōem.
ℭ Quantum ad primum dicit. Uidētes
autem principes ⁊c.vbi duo tangit.ſ.
Collegij malignitatem in increpādo.
Chriſti ſagacitatem in r̄ndendo.
ℭ Q.m ad primum dicit.videntes autēm
principes ⁊c.vbi iporuꝫ malignitas i duo
bus exprimit̄.ſ.
In cogitatōe cordis ꝑuerſa.
In expreſſione oris indebita.
ℭ Quantum ad primum dicit.Uidētes
autem ⁊c. Principes autē ſacerdotum ⁊
ſcribe qui principaliores erant non ſolum
viſo illo facto mirabili.ſ. ꝙ Chriſtus de
templo ſine contradictione tantam expu
lerat multitudinem hominum non credi
derunt in ipſum ſicut fecerunt ceci ⁊ clau
di qui venerunt vt curarentur ab ipſo:ſed
nec etiam videntes alia que fecit mirabi
lia:cecos illuminando:claudos erigendo:
nec etiam cantus puerorum innocentium
audiendo conuerſi fuerunt ad Chriſtum:
ſed contra ipſum ex inuidia fortius indi
gnati vt de ipſis dici potuerit illud.4.Re.
3.Facta eſt indignatio magna in. ℭ Q.m
ad expreſſionem oris indebitam dic̄.Et di
xerunt audis quid iſti dicunt. Res qdeꝫ
vehementer in corde concepta vix poteſt
retineri quin verbo exprimatur.Et ideo
quia principes ſacerdotum ⁊ ſcribe fort
ter in corde conceperant contra Chriſtuꝫ
tanq̄ꝫ magis accēſi inuidia ex ipſius ope
ribus verbis exprimunt eorum malignū
conceptum. ⁊ ideo indignati quia lauda
batur a pueris: dicunt non audis qd iſti
dicunt .q.d.ex quo audis quid iſti dicunt
non deberes ſuſtinere h̄.cum tu ſis homo
⁊ te laudant vt deum. ℭ Quantum ad
Chriſti ſagacitatem in reſpondendo di
cit.yh̄s auteꝫ dicit eis ⁊c.q.d. audio quid
dicūt ⁊ intelligo.ſꝫ h̄ non reprehēdo q: h̄
ꝓphetatum erat d̄ me.⁊ iō dicit nunq̄ꝫ le
giſtis ⁊c.Inquantum autem dic̄ ꝓphetia
ex ore infantium ⁊ lactentiuꝫ ꝑfeciſti lau
dem.nō eſt intelligēdum ad lr̄am ſꝫ Cri
ſo.ſup Math.cum tales non poſſint loq:
ſed eſt intelligēdum ſpiritualiter ꝓ pue
ris ſimplicibus delectationeꝫ ſentientib⁹

in mirabilib⁹ xp̄i vndehic scd̄m Criso. lac pro suauitate mirabiliū xp̄i accipitur. ¶ Quantū ad secundum.s. xp̄i patientis absentatoēm dič.⁊ relictis ill' abijt ⁊c. vbi duo possumus cōsiderare.s.
Desertiōem ꝑsequentiū.
Instructiōem adherentiū.
¶ Quantū ad primū dicit ⁊ relictis illis quia scd̄m Criso^m. sup Mat. malū hoiem melius locū dādo pōt aliquis vincere q̄z respondēdo q: malitia non instruit sermonibus sed excecat.⁊ ideo xp̄s recedendo cōpescere studuit quos respondendo nō cōpescuit. ¶ Sciendū est aūt ꝙ q: xp̄s erat pauperrimus ⁊ paupes sapi^e ad nutribus despitiunt non inuenit in ier^m qui reciperet eū ad hospitiū.⁊ ideo scd̄z Jero^m. iuit bethaniā vbi fuit reuerēter recept⁹. ¶ Quantū ad instructiōem adherentiuz dicit ⁊ docebat eos de reg⁹ dī. xp̄s enim licet magnos suis imeritis exigentibus debat tn̄ bonos ⁊ humil's instruit qual'r possint ad celestem patriā ꝑuenire quos inuitat ad se p ꝑs.d. Vēite filij audite me timorem dn̄i docebo vos qs est homo q vult vitam ⁊c. ¶ Moraliter aūt loquendo per ꝑncipes sacerdotū ⁊ scribas quos xp̄s reliqt intelligunt auari superbi ⁊c. per illos autez qui erant in bethania qui interpretat domus obie intelligunt obedientes ⁊ humil's de quibus dr̄ Mat.19. Sinite paruulos venire ad me ⁊ nolite prohibere eos talium enim est re^m celoꝝ ad ꝙ nos ⁊c.

¶ Feria q̄rta dn̄ice ꝑme i q̄dragesima.

Accesserunt ad y̅hm quidaz de scribis ⁊ phēis.d. magister volumus a te signum videre Mat.12. Bonus doctor ⁊ pastor debet solicitaz uram habere de discipulis suis.⁊ subditis vt eos ad viaz veritatis instruat ⁊ ad meritorie operādum inducat. ħ aūt (quantū ad presens spectat quadrupliciter debet esse. ¶ Primo ipsoꝝ nimiam ꝑsumptionem ⁊ audatiam reprehēdendo. ¶ Secūdo peccati penāz ignominiā intimando. ¶ Tertio bonoꝝ operum ꝑseuerantiā admonendo.⁊ recidiuatiōis periculū ostendendo. ¶ Quarto ꝑmissionis premij magnitudinem ꝑponendo. ¶ xp̄s igitur bonus pastor ⁊ doctor in eua⁰ hodierno oia predicta fač ⁊ per ꝯsequens nos perfecte ad bo^m induč.⁊ secundū ħ beat⁹ Math. in hoc eua⁰ quattuor tangit.s.
Tēptantium rep̄hensiuū inditiū.
Recidiuantiū periculosum flagitiū.
Peccantiū ignominiosum iudi^m.
Adherentiū amoro^m consortiū.
¶ Primū probat mortal' figuratio. Secūdum finalis condēnatio. Tertium culpal' cumulatio. Quartum cōsanguineal' coniunctio. Primū in prin⁰. Secundū ibi niniuite ⁊c. Tertiū ibi cū immund⁹ sp̄us ⁊c. Quartū ibi adhuc eo loquēte ⁊c.

Prima pars.

q Uantū ad primū.vbi tangit ⁊c. ꝙ probat ⁊c. dicit. Accesserunt ad y̅hm ⁊c. scribe quidez ⁊ pharysei tanq̄z inter alios magis inuidentes xp̄o ⁊ eius operibus videntes ꝙ in curatione infirmoꝝ ⁊ resuscitatiōe mortuoꝝ operabat supra naturam humanā non cognoscentes deitatem ipsius. cum tamen admirari debuissent ⁊ ipsuz deum cognoscere secundū experiētia voluerunt ab eo vnde ista mirabilia faciebat ⁊ ideo quidā ex ipsis accesserūt ad eum vt sup his q̄ faciebat daret aliq̄d sig^m. scd̄m ħ igit hic duo possumus ꝯsiderare.
Collegij tēptantes malitiosaz interrogationem.
Christi rep̄hendentis sniosaz solutiōem.
¶ Quantū ad primū dicit accesserūt ⁊c. vbi sciendum ꝙ scribe ⁊ pheꝝ tanq̄z simulatores credētes ex verb adulatorijs xp̄z

facilius inclinare ipm vocant magistruз cum tñ nolebant esse discipuli. ꝛ ꝙ simulatorie ipsum magistrũ vocauerint pꝫ quia pauloante h̄ eodem capᵒ secundũ Mat. dixerũt ꝙ ipse eiciebat demones in virtute belzabub ꝑncipe d̄moniox. ℭ Licet ãt scribe ꝛ pħei vidissent xp̄m mlta mirabilia facienteз tñ secundũ .illa mirabilia nõ reputabãt. ꝛ ideo sigᵐ de ceᵒ querebant. s. ꝙ helyas feĉ ad cuius inuocationẽ sicut habet primo. R. 18. Cecidit ignis de ceᵒ vel tonitrua ꝛ fulgura ꝛ pluuias ꝯtra morem pr̄ie sicut feĉ vt habetur. 1. R. 12. vel ꝙ mãna d̄ celo descẽderet sicut fuit factum tẽpore Moy. vt habet Exo. 16.
ℭ Quantũ ad scd̄ꝫ dicit. Qui respondẽs ait ill' ꝛc. quãdo aliquis bonᵒ ꝛ sapiẽs ab aliqbus mal' temptat vt ipsorum detestet malitia dꝫ ipsos repħendere ꝛ ad q̄stionẽ factaꝫ ƀm eox exigentiã respondere quia igit scribe ꝛ pħei nõ erant digni signũ d̄i tatis xp̄i videre nisi i suis miraculosis effectibus. ideo repħẽdit ipsox audatiã. respondens quale sigᵐ malitiose petẽtibus ẽ daturus. ꝛ secundꝫ h̄ hic q̄ttuor possumus cõsiderare. s.
Austeritatem obiurgatõis.
Curiositatem postulatiõis.
Ueritatem determinatõis.
Claritatem solutionis.
ℭ Quantũ ad pᵐ dicit generatio mala ꝛ adultera ꝛc. qꝛ enim ƀm Crisoᵐ. isti cuꝫ adulatõe loquebant xp̄o vocãtes ipꝫ magistrũ. ideo d̄s eos vehemẽter arguit. ꝛ iuocat eos generatõeꝫ malam ꝛ adulterã: malam ꝑpter eorum mala opera: generationeꝫ quia cũ recepissent a xp̄o secundũ Crisoᵐ. mlta beneficia erant ingrati: adulteraꝫ vero quia cũ d̄s generatõeꝫ ꝛ gentẽ iudeox eligissꝫ sibi i speciale pplꝫ eis multas gr̄as faciendo puta legẽ ipos ꝯseruãdo. ꝛ de ipsis nascendo pp ꝙ ipm i spãleꝫ doᵐ hr̄e debuissent scd̄m Jeroᵐ. Jp̄m despexerũt h̄ est generatõ d̄ q̄ dr̄. Deutero. 32. Generatõ elꝫ ꝑuersa ẽ ꝛ infidel's filĳ. q̄s describit salõn. Prouer. 30. d. Gnãtio q̄ patri suo malediĉ. ꝛ mr̄i sue non benediĉ. ecce blasphemi. generatõ cuiᵒ excelsi sunt oculi ꝛ palpebre eius i altũ surrecte. ecce supbi generatõ q̄ ꝑ dẽtibᵒ gladios habet ꝛ cõedit molaribᵒ suis vt comedat de terra inopes ꝛ paupes ex oibus ecce auari.
ℭ Quantũ ad curiositatẽ postulatõis dicit sigᵐ querit vt sic dicat ill' Judith. 6. Da mihi signũ ꝙ tu vis q loq̄ris ad me.
ℭ Quantũ ad veritatem determinatõis dicit ꝛ signum nõ dabit ei nisi ꝛc. scribis ꝛ pħeys petẽtibᵒ sigᵐ a xp̄o de ceᵒ deitatis sue tan̄q̄ idignos ƀm rabanũ dare noluit sic dedit apl'is sed soᵐ dat eis signuꝫ mortalitatĳ. ꝛ sepulture sue cuius signuꝫ ꝑcesserat in iona. ℭ Quantũ ad claritateꝫ solutõis dicit sicut enim fuit ionas ꝛc. Jn h̄ enim dicto d̄ iona figuratiuo xp̄s scd̄m Rabanũ dat eis sigᵐ sue mortalitatis qꝛ pro nob̄ fuit mortuᵒ ꝛ positus i sepulchro inde postmodũ resurrexit instar ione. q ꝓiectᵒ in mari ꝛ receptus a pisce postmodum viuᵒ ad aridã est ꝓiectus. ℭ Ad exponẽdaꝫ aũt istaꝫ figurã sciendũ est ꝙ quãtuꝫ ad p̄sens spectat ad nr̄m propositũ. q per mare in quo erat tẽpestas valida itel ligitur iste mũdus in quo est tẽpestas magna ꝛ sicut in mari multi piclitantur ita mlti in ꝯflictu vitiox succũbunt ꝙ cognoscens p̄s. dicit. h̄ mare magnuꝫ ꝛ spatiosᵐ manibᵒ illic reptilia quorũ non est numerus. anima pusila cũ magnis per quem secunduꝫ Ambro. intelligit diuersa genera inimicorũ que secundum nostrarũ virium quãtitatem cõpensato nobiscuꝫ agone luctantur. ꝛ ideo nos cautos reddens subiũgit in huius itaqꝫ mundi pelago voluptatibus nob̄ valde ꝑtimescendum est ne nauem nostraꝫ. aut procella tẽpestatis abripiat. aut fluctus absorbeat aut in eternaꝫ predam pirata crudel' abducat. ꝛ nob̄ d̄ns consiliũ addit aduersus h̄ ergo multi fo

ma seculi mala castigatio.⁊ castis actib⁹ resistamus.⁊ sic illic nauês pertrāsibunt in ps.¶ Licet autem in isto mundo etiā nunc sit grandis tēpestas.tamen ante ad uentum xpi in mūdum tanto maior erat q̄zto fortius sub iugo ɔtinebatur peccati. ¶ Per ionā autem qui interpretat̄ colū ba siue dolēs intelligit̄ xps yħs.sup quez spiritus sanctus in colūbe spē apparuerit quādo fuit a Johāne in iordane baptizat⁹ qui ēt pro nob̄ moriens in cruce dolores nostros ptulit.¶ Iste igit̄ exñs eternali ter in solio diuinitatꝫ tēporal'r est ꝓiectus quādo in mundum veniens in vtero vir ginis voluit incarnari.tunc aūt fuit in vē tre ceti receptus qñ post mortem suā fuit positus in sepulchro in quo iacuit tribus diebus ⁊ tribus noctibus instar ione tūc vero fuit viu⁹ proiectus in aridā.quādo sue dinitatꝫ potētia se die tertia suscitauit ꝓiecto igitur i mundū dei filio.⁊ in sepul chro posito facta fuit in mūdo magna trā quilitas q: per mortem suā nos recōcilia uit deo iuxta illō.i.Ro.5.Cū inimici esse mus deo recōciliati sumus pp mortem fi lij eius.¶ Ista aūt recōciliatio.⁊ trāqui litas p xpꝫ facta fuit nob̄ figurata Geñ. 19.vbi sitaliter dicitur.Quod cum ds ꝓ pter peccata hominū iratus fuissꝫ generi humāo.⁊ misissꝫ diluuiū in quo omnes ex cepto Noe ⁊ vxor eius cum tribus filijs ⁊ vxoribus eoꝝ submersi fuerunt volens postmodū cum hoibus pacē facere dedit signū.s.archū meum pōaꝫ in nubibus ce li ⁊ erit sigᵐ federis inter me ⁊ inter ter ram.¶ Ubi sciendū ꝙ per iraꝫ q̄z habuit deus ꝓpter peccata hoium contra genus humanū intelligit̄ ira q̄z habuit cōtra ipꝫ ꝓpter peccata primorū parentū.ꝓpter q̄z omnes submersi vt nullus ceᵐ ascēderet sed quilꝫ descendebat ad limbū volens āt ds ex sua benignitate pacē facere cuꝫ ho minibus dedit eis signū mirabl'e.s.archū in nubib⁹.per archū enim q̄ est armatura belica cōuenienter intelligit̄ dei fili⁹.quia sicut pugil venit in mundū ⁊ sup lignum crucis cōtra dyaᵐ pugnans viriliter ipꝫ deuicit.iuxta visionem mirificā q̄z vidit. Johēs Apoc.6.¶ Uidi inqt ⁊ ecce equ⁹ albus ⁊ q sedebat sup eum hēbat archū ⁊ data ē ei corōa ⁊ exiuit vincēs vt vince ret.¶ Iste archus.i.dī filius tūc positus fuit i nubibus qñ pro nob̄ fuit elleuat⁹ in cruce.⁊ tūc fuit signū veruꝫ.⁊ efficax nr̄e redemptōis vel reconciliatōis eum deo. ¶ Istud igitur est signum ꝙ dat nobis xps sue mortalitatꝫ.¶ O quale signum ē istud.quis eim vnq̄z audiuit simile.s.ꝙ xps moriendo nos viuificaret a seruitute dyaboli nos liberaret ⁊ deo prī reconci liaret.istud est de numero signoꝝ d̄ quo dixit dñs Exo.24. Signa faciam q̄ vnq̄z visa sunt super terrā.¶ Istud signū pōt figurari per vnum de signis de quib⁹ sen tential'r dr̄ Jere.32.Eduxisti ppl'm tuum israel de terra egypti i signis ⁊ prodigijs ⁊ in manu robusta.⁊ dedisti eis terraꝫ flu entem lacte ⁊ melle ⁊ possederunt eam. ¶ Ubi sciendum ꝙ per egyptum intelli gitur status hois in peccato mortali faci entem tenebrosum de quo nos eduxit.q: nos per mortem suam redemit: p q̄z etiā nobis iāua paradisi aperuit vt possidea mus terram illam delectabilem. de q̄ ps. Portio mea dñe sit in terra viuentium. dicat igitur quilibꝫ fidelis xpianus illud Dañ.3.Signa ⁊ mirabilia fecit apud me deus excelsus.

Scōa pars.

Egtur viri Niniuite ⁊c.vbi tan git peccantiū ignominiosum iu diciū.ꝙ ꝓbat finalis ɔdēnatio. pecm̄ qdē p pniaꝫ delet̄:p sapiētiā euitat̄. ¶ Judei igit̄ reprehēdunt̄ a xpo hꝫ Ra banū.⁊ ipropabit̄ eis in finali iudicio. q2 ad pdicatōem noluerūt facere pniam sic̄ fecerūt niniuite ad pdicatōem Jone: nec eius sapientiam audire vt peccata vita rent sicut fecit regina Sabba que venit

audire sapientiā salōnis. ¶ Sciendū est
aūt hic vbi fit mentio de pnia ⁊ cōuersio
ne niniuitarū: q̄ Jona p̄dicante subuersio
nem ciuitatis inter alia niniuite tria fece
runt. ¶ Nam ieiunauerūt cōtra carnis d̄
litias. vestiti sunt saccis: cōtra mūdi blā
ditias. clamauerūt se hūiliādo: cōtra sup
biam excellētias. vt sic p pm fuerint casti.
per sm paupes. per 3m humil's ad q̄z con
uersionem nos admonet beatus Petrus
3. d. penitimini igit̄ ⁊ ꝯuertimini vt deleā
tur peccā vr̄a. Nā Eccli. 12. Altissim9 odio
h; peccatores ⁊ misertus ē penitentibus.
⁊ h̄ q̄ ipse dicit Ezechi'l. 18. si aūt ipius ege
rit penitentiā de omnib9 peccatis suis q̄
operatus ē ⁊ custodierit oīa p̄cepta mea
vita viuet ⁊ nō morieẗ. ¶ Hoc aūt fuit fi
guratum. 2. Paral'. 33. in manasse rege de
quo sinial'r dicitur. Quod cum ip̄e fuit ma
lus ⁊ etiam seduxit habitatores ierm vt
facerent malum qui nolens audire corre
ctionē dn̄i captus fuit a p̄ncipibus exerci
tus assirioꝝ aduersantes pplo dn̄i quē iū
ctus cathenis ⁊ cōpedibus duxerūt in ba
bil'. vbi exn̄s in afflictōne ⁊ angustia ora
uit ad dn̄m deū suū. ⁊ egit penitētiā valō
coram deo quē tandē exaudiens dn̄s re
duxit in ierm. in rem suū. ¶ Vbi sciendū
q̄ p manassem regē q interpretaẗ obliuio
sus qui fuit malus ⁊ ēt alios induxit ad
malū qui correctōē dn̄i audire noluit in
telligiẗ peccator q multoc. nō som faẗ ma
lum sed ēt alios faẗ peccare nec vlt corre
ctionem alicui9 audire de quo. ⁊ suis simi
libus dic. Jb. 29. Peccare faciebāt hoīes
in verbo ⁊ arguentē in porta supplātabāt
⁊ declinauerūt frustra a iusto. ¶ Per p̄n
cipes vero r̄gis assirioꝝ inimicātes pplo
dn̄i intelligunẗ demones q sunt p̄ncipes
exercitus siue multitudinis vitioꝝ hūani
generis inimici. d̄s igiẗ exigētibus meri
tis pmittit q̄ dyabolus ip̄m ligent cathe
nis ⁊ cōpedibus ⁊ ducant in babil'. q iter
pretaẗ confusio q: peccator ligatus diciẗ

quia nō potest in deū placibiliter affectū
suū dirigere nec meritorie operari. ⁊ in ꝯ
fusione dr̄ quia nō viuit sm rectum ordi
nem quo sensualitas dz subici rōi. ¶ Cō
siderans aūt miser peccator sic exn̄s i mi
seria ⁊ angustia q̄ pp sua peccā. deus pmit
tit eum affligi. debet instar regis manas
se de peccatis cōteri ⁊ p orationem miam
petere dicendo cū p̄s. Misereř mei dn̄e
qm̄ tribulor. ⁊ vt oratio sit d̄o magis gra
tior de pccis debet pniam agere vt diceř
possit illud Jere. 31. Postq̄z ꝯuertisti me
egi pniam. ⁊ signanter dic. postq̄z cōuerti
sti me quia pprijs viribus nō possū resur
gere a pco. ¶ Si aūt sic ad deū humil'r se
cōuerterit d̄s pius absoluēdo a peccatori
bus vinculis liberabit eū a seruitute dya
boli. ⁊ sibi restituet rem suū. quia i p̄senti
dat sibi gr̄am. ⁊ si pseuerauerit in futuro
dabit gl'am. ⁊ h̄ est q̄ dic nob xp̄s Mat.
13. Tūc iusti fulgebūt sicut sol in regno pa
tris eoꝝ. ¶ Quantū ad exēplum regine
sabba. dicit Jero. eodē modo cōdēnabit
reginam austri pplos iudeoꝝ quo condē
nabūt viri niniuite Jsral'c incredulum.
Nam multa hic tanguntur cōmendantia
istam reginā ⁊ aggrauātia pplo iudeoꝝ. s.
Sexū fragilitatis: q: erat mlr.
Cultus disp̄sitas. q: non sb lege.
Vie p̄lixitas. q: venit a finib9 terre.
Personaꝝ diuersitas: quia ad salomonē
puꝝ hominem.
Finis pluralitas. quia vt audiret sapien
tiam mundanā.
¶ Judei aūt erant viri legē habebant p̄
pinq erant xp̄s erat d̄s loquebaẗ eis xp̄s
de celestibus ⁊ de misterijs scripturarū. ⁊
ideo subdit ⁊ ecce plusq̄z Salon hic. Nā
xp̄s plusq̄z Salon. q: Salon fuit rex tē
poral' xp̄s autē eternalis vn̄ Dan̄. 3. Re
gnū est rem sempiternū. ⁊ ptās ei9 a gn̄a
tōe i ge. ¶ Fuit xp̄s illo sapiētior q: ipse
virtus ⁊ sapia xp̄s vl' d̄i. i. Cor. i. ¶ Fuit
etiam ditior q: Ro. 10. Idem dn̄s oīū d

ues in omnēs qui inuocant illum. fuit etiam fortior.q: Job.9. Si fortitudo querit robustissimꝰ est.fuit etiã pulchrior: q: ipse speciosus forma p̄ filijs hominū in ps. Fuit etiam pior. Nam Salomon fratrem suū adonia fec̄ interfici. vt habetur.3.Re. 2.xp̄s autem ꝓ peccatoribꝰ mortem sustinuit iuxta illud p̄ma Pe.3. Christus sel' pro peccatis nostris mortuꝰ est: iustus ꝓ iniustis: vt nos offerret deo. mortificatos quidem carne viuificatos autem spiritu.

Tertia pars.

Equitur cum imundꝰ spiritꝰ rc. vbi tangit recidiuantium periculosum flagitium. ꝙ probat culpa lis cumulatō. ¶ Ista qdem parabola primo introductiue pōt exponi allegorice d̄ populo gentili ⁊ populo iudeoꝝ ad h̄ fuit spāliter a xp̄o itroducta ƀm Jero. Nō vt qdam volunt dicer̄ ad hereticos litteraliter applicanda ꝙ satꝭ pōt patere ex sequentibus in qbus xp̄s eam applicat ad pplm iudeoꝝ. Scd̄m hoc igitur hic duo possumꝰ considerare.s.

Parabole ꝓpositōem generalem.
Ipsius applicatōem spālem.

¶ Exponendo p̄mo allegorice d̄ populo gentili ⁊ iudeoꝝ simul. ¶ Sciendū ꝙ primo dyabolꝰ habitauit in iudeis tempore legis nāe ȝ postmodū post circōcisionem ⁊ legis susceptōem recessit ab eis ⁊ venit ad gentiles. sed quia postmodū gentiles receperunt fidē xp̄i ⁊ iudei ip̄m spreuerunt recessit ab eis ⁊ reuersus est ad iudeos ⁊ nūc in eis dr̄ habitare. ⁊ sic intelligēdus ē iste passus. ¶ Q^{m} ad 2^{m} dic̄. sic erit generatōi huic rc. xp̄s eim pabolice loq̄ns iudeis crudelibꝰ ⁊ ipsuȝ despitientibꝰ applicat ad ip̄os dictā parabolā vocās eos gñatōem peximā. vt sic sit generatō illa q̄ p̄s. Generatō praua ⁊ exasperans. generatō q̄ nō direxit cor suū ⁊ nō ē creditꝰ cū d̄o sp̄s eiꝰ. ¶ Sciēdum ē aūt moral'r loq̄ndo vl' exponēdo istā ptē d̄ q̄libȝ peccōre a q̄ recesserit dyabolꝰ p baptī^{m}: vl' p pēitētiaȝ ⁊ ad ip̄m vult redire ꝙ h̄ qnqȝ possumꝰ ꝯsiderar̄.s.

Demōis egressuȝ appetēdum.
Progressum vagabūdū.
Egressum attēdendum.
Ingressum metuēdum.
Successum detestandum.

¶ Q^{m} ad p^{m} dic̄. Cū imūdꝰ sp̄s exi. ab hoie rc. dyabolꝰ quidē dr̄ imūdꝰ sp̄s: vel formal'r q: ip̄e i se hȝ pcci macula. vl' effectiue q: sibi assentiētē p culpā d̄format. Iste aliq̄n dr̄ exire ab hoie q̄n p pniaȝ vl' p bapt^{m} virtute diuia absoluit̄ a peccato: iuxta ꝙ d̄s ꝓmisit Zach.13.d. spiritū imūdū auferā d̄ terra. i. d̄ hoie terrēo. ¶ Q^{m} ad 2^{m} dic̄. ambulat per loca arida rc. per loca qdem arida. itelligunt̄ corda fideliuȝ in qbus desicatus est humor carnalis lasciuie q resistūt dyabolo ⁊ mētes suas seruāt in temptatōibus dn̄i castas. ⁊ in istis ƀm Rabanum non pōt dyabolus inuenir̄ regē. ¶ Q^{m} ad 3^{m} dic̄. tc dic̄ reṽtari domū meam rc. dyabolꝰ ei versutus videns ꝙ bonos ⁊ iustos tēptare non pōt: pp eoꝝ fortitudinem ⁊ cōstantiam in tria se cogitat tu aliq̄n temptasti talem peccatorem a quo existi per pniam ex quo non potest in istis fortioribꝰ pficere reuertaris ad illum: al's debilem inuenisti. Si forsitan ipsum iteꝝ possis decipe vt i pccm̄ labatur. veniens autem contigit aliq̄n ꝙ iuēit hominem ociosum ⁊ per pniam p̄stinaȝ a vicijs mundatum, ⁊ aliqua simulata virtute ornatum. sic de ipso secunduȝ Rabanū Victoriam sperat habere. Nam iuxta illō ecclesiastici.33. Multam malitiam docuit ociositas. ⁊ ideo ad ipsam vitandam nos admonet Hieronymus.d. Semper aliqd operis boni facito vt dyabolus te occupatum inueniat. ¶ Quantum ad quartuȝ dicit. tunc vadit ⁊ assumit rc. per illos quidem septem spiritus intelligitur vniuersitas vitioꝝ. dicunt̄ āt ista septē vitia nego

ra dyabolo.q: plus nocent hōi q̄3 dyabo. q: omnes dyaboli non possunt vnam animam sine peccato mortali in inferno damnari: qd tamen fac̄ peccatum mortale: quātūcunq3 sit. ⁊ sic pccm̄ nequius dyabolo dici potest. vnde eccl'astici. 17. Quid nequi⁹ q̄3 ꝙ cogitat caro ⁊ sanguis. q. d. nihil est nequius q̄3 peccata procedentia a cogitatōne hūs quoꝝ originale dr̄ caro ⁊ sāguis q: per sensualitatem ad peccatum anima inclinatur. ℭ Quātum ad 5ᵐ dicit: ⁊ fiūt nouissima hōis illius peiora prioribus. Nam sicut videm⁹ in infirmitate corporali ꝙ recidiuatō est peior pª infirmitate: sic i spūalibus ex tali recidiuatōe homo assuefit peccat̄ ⁊ pnior fit ad peccādum. ℭ 2ª q: in pª transgressione homo forte peccauerat vno pccō in recidiuatōe xo in multis: q: pccō ꝙ cōmisit ⁊ pccō ingratitudis quo peccat. ℭ Dyabolus autem cum septem vitijs capitalibus potest figurari p draconē rufum quē vidit Johēs Apoc. 21. habentem capita septem ⁊ cornua. 10. ⁊ in capitib⁹. 7. dyademata: qui cauda sua trahebat tertiam partem stellaꝝ celi ⁊ dimisit eas. ℭ Ubi sciendum ꝙ per 1ᵐ rufum itellr̄ dyabol⁹ venenosus ⁊ iracūdus humano generi vt hoies ad peccādum inducat. per. 7. autem capita itelligūtur. 7. vitia capitalia. per. x. cornua. x. transgressiones preceptoꝝ de quibus homies tēptat. qui signanter dr̄ habere in capitibus dyademata: q: sicut dyadema caput ornat: sic dyabolus qñ vult temptare hoiem de aliquo vicio ipm decorat ostendendo in ipo aliquam delectatōem vt melius ipm alliciat. ℭ Per caudam xo p q̄3 cāes aliqñ hominibus solent applaudare: intelligit̄ suggestio: que dyabolus blanditur homini vt sibi consentiat. sed tamen sicut canis aliqñ blandit̄ ⁊ postea mordet. sic dyabolus l3 applaudat hōi tñ ipm mordet ⁊ in fine p pccm̄. ℭ Per stellas āt itll'ıt̄ hoies q istar stellaꝝ d3 cē puri ⁊ lucidi vt ex ipsis instar stellaꝝ ornetur celestis patria ⁊ sed tñ suis suggestiōibus dyabolus velō cauda eos alliciens pcutit ad terram tertiam ptem trahit dum dimissis celestib⁹ in quibus deberent animum hr̄e fixum incuruantur ad mūdum ꝑm desideria carnis viuere quos postea secu3 trahit in p fundum inferni. ⁊ vtinam nisi tertiā pte3. ℭ Ista xo septem vitia d̄ quibus tēptat hoies possunt per septem funes figurari quibus Sanson fuit ligatus. de quib⁹ dr̄ sinial'r Judic̄. 16. Qd̄ Dalida alligauit Sāsonem septem crinibus neruiceis adhuc humectētibus nundum perfecte siccis. ℭ Ubi sciendum ꝙ per Dalidam qui interpretatur paupercula intellr̄ dyabolus q paupercülus dr̄: q: caret diuina grā: ⁊ vt dicat illud ps. Ego sum pauper ⁊ dolens. Per Sanson aute3 qui interpretat̄ sol fortis intelligitur quilib; homo qui instar solis d3 esse in se lucidus per claritatem sapientie vt alijs illustretur per honestatem vite. deb3 etiam esse fortis per firmitatem ⁊ constantiam vt possit dicere cum ps. Fortitudinem meam ad te custodiam q: dūs susceptor meus es. vbi sibi dicitur illud pmo. Re. 18. Esto vir fortis ⁊ preliare bella dñi. Dalida igit̄. i. dyabolus septem funibus ligat Sāsonē. i. hoiem qñ fac̄ ip3 cadere in. 7. vitijs predict̄. vñ ps. Absconderūt supbi laqueū mihi ⁊ funes extenderūt in laqueū iuxta iter scādalum posuerūt mihi. ℭ Signanter isti. 7. funes dicūtur neruicei ⁊ humectētes q sunt tractabiles: q: dyabol⁹ volēs hoiem tēptare d̄ p dict̄ vitijs ondit eis tractabilitatē ⁊ molitiē vt eū ad pccm̄ facili⁹ inducat.

Quarta pars.

Egtur adhuc eo loquēte ⁊c. vbi tangit adherētium amorosum ꝯ fortiū. ꝙ pbat ꝯsanguineal' ꝯiūctō. vbi qᵐ ad qōnem tēptatiue xpo ppositam tria possumus considerare. s.

Occasioné appententem.
Relatóem inclinantem.
Responsionem exprimétem.
¶ Q^m ad pmum dicit adhuc eo loquen te ⁊c. Cū xps in synagoga predicaret po pulo ⁊ essꝫ ibi maxima multitudo. mater eius ⁊ fratres venientes vt sibi loqueren tur, non potuerunt pp multitudinem in trare synagogam: sed expectabant foris. ex hoc aūt accepta fuit occasio initiandi xpo, de matre ⁊ fratribus suis ipm qren tibus, vt exprimerentur modum pp pen tes dimittere opus predicatóis vel non: vt si dimittat possint eum arguere q̄ ni mis esset carnalis ⁊ parentes proponeret deo. si vero non dimittat possint eum ar guere tanq̄ʒ impium ⁊ transgressorem le gis cum mandatum sit a deo. Exo .20. ho nora patrem tuum ⁊ mřem tuam. nota q̄ per fratres xpi intelligūtur eius germa ni. Nam scriptura consanguineos germa nos ⁊ nepotes consueuit vocare fratres. ¶ Q^m ad 2^m dič, dixit át ei qdaꝫ ⁊c. vbi Hieronymus vř mihi iste q nūciat ñ for tuitu ⁊ simpl'r incitare: sed insidias téděř tuitu vtrum opi carné ⁊ sanguiné pferat. tres aūt ɔditóes exprimit ad iclinádū xpꝫ ad hoc citi⁹ faciédū. Primo gradū ppingta tis. q: mř tua ⁊ fřes tui. Scdo statū péali tatis. q: foris stát. 3° sedulitatis: q: qren tes te. ¶ Q^m ad 3^m dič. at ipe rñdés ⁊c. xps eim p suá rñsioné reprimit audatiam ⁊ malitiá hui⁹ denunciatóis sibi facte de mře ⁊ fřibus. ¶ Primo p modū qónis reprehédéris. 2° p modū determiationis explicantis. ¶ Q^m ad p^m dič. At ipe re spódens ⁊c. Ná xps bm Hieronymum, lꝫ p qónem eꝫ fecit incitanti implicite ipm rephéderit vtpote q: volebát ipꝫ a bono spūali pp cognatóem carnalem auertere: nó tñ mřem ⁊ fřes nó despexit: ꝫ ōdit no bis ex^m vt pp cognatóem carnalé nō di mittam⁹ spūalé bonū: iuxta q̄ dixit math. 10. Qui amat přem aut mřem plusq̄ꝫ me nō é me dignus. ¶ Q^m ad modū dtermi natóis explicantꝫ dicit. Et extédés manū ⁊c. vbi tangit duplicé explicatóem. s. spiri tualem q^m ad discipulum. ¶ Q^m ad pri mam dicit. Et extendens manum ⁊c. Ná discipuli xpi ⁊ successores eorum pdican tes ⁊ conuertentes homines ad fideꝫ xpi ⁊ oñdentes eis viaꝫ salutis eterne possūt dici mater eoꝝ quasi eos spiritualiter ge nerantes: iuxta q̄ apostol⁹ scribit ad cor. 2. cor. 4. d. In xpo yħu per euangeliū ego vos genui. fratres aūt dicuntur dum ipsi us fidem firmiter confitenř. vñ apostolus ad hebr. 1. Ait non confunditur fřes eius vocare. d. nunciabo nomen tuum fratrib⁹ meis in medio eccl'e laudabo te. ¶ Q^m ad explicatóem iustoꝝ oium dič. quicunq̄ꝫ eim fecerit voluntatem přis mei ⁊c. Naꝫ xps ió de fratre ⁊ sorore fač mentóem vt intelligatur q̄ omnes vtriusq̄ꝫ sexus pos sunt consanguineitatem habere spiritua lem cum ipo. Nam sicut dicitur act .17. Ipsius enim ⁊ genus sumus. ¶ Sciéduꝫ est autem quantum ad presens spectat q̄ bm triplicem adimpletionem diuine vo luntatis per humilitatem ⁊ obedientiam contra superbiam sortitur nomen fratris adimpletionem voluntatis diuine p mun ditiam ⁊ castitatem sortitur nomen soro ris adimpletionem voluntatis diuine p misericordiam: ⁊ pietatem contra auariti am sortimur nomen matris. ¶ Pro pri mo dř de xpo. humiliauit semetipsum fa ctus obediens vsq̄ꝫ ad mortem: morté au tem crucis. phi. 2. vt ideo vt simus assimi latione fratres eius dicit Math. 5. Disci te a me quia mitis sum ⁊ humilis corde. o quanti faciunt totuꝫ contrariu m. ⁊ ideo 2. cor. ij. Periculis in falsis fratribus.
¶ Pro secūdo dicit apostolus Thy. suo discipulo. pmo Tyť .5. Obsecro iuuencu las vt sorores in omni castitate. hanc au tem sororem sic castam alloquitur Chri stus vt sibi aperiat cordis habitaculū de

ipo meditando ⁊ ipm recipiédo. Cant.5.
O.api mihi soror mea:colū. mea ima.mea:
qz inuitatóem oz animari deuotius : ⁊ cuz
pmptitudine dicere q̄ sequtur. surrexi vt
apirem dilecto meo. O quanti tamen sūt
qui faciunt contrarium. de quibus figura
tiue dr̄ Jere.3. Preuaricatrix soror eius
non timuit sz abijt ⁊ fornicata ast ⁊ meca
ta cum ligno ⁊ lapide. Nam homo q per
puritatem deberet esse soror xp̄i yhu. for
nicatur cum ligno ⁊ lapide quando spreto
xp̄o fratre suo dat se vanitatibus. cum li
gno autem arido ⁊ lapide duro. qr fit ari
dus a gratia ⁊ induratur in peccatis.

¶ Tertio vt sit mater xp̄i debet esse pi⁹
⁊ misericors quoniam ipsi misericordiam
consequentur. vt sic sit mater pulchre dile
ctónis ⁊ timoris ⁊ agnitióis ⁊ sancte spei
⁊ sic fit mater. tunc misericordiam ɔseque
tur in presenti per gratiam ⁊ in futuro p
gliam. Ad q̄z ⁊c.

¶ Feria quinta dominice prime in .xlª.

e

Gressus yhs secessit i
partes Tyri ⁊ sidóis
⁊c. Math.5. Nos vide
mus p expientiam q̄
aliqs infirmus essz re
prehésibil' si héret me
dicū sapiété ⁊ piū. ⁊ tp̄s essz oportunum ⁊
héret modū accedédi ad cū: si forte negli
gés ð sua salute q̄réda. ad h igit̄ q̄ homo
exn̄s infirm⁹ in aia possit sanitaté recipe.
Sancta igit̄ mr̄ eccl'a in hodierno euáge
lio oñdit nob piū medicū.s. xp̄s. tp̄s con
gruum: qr qn̄ dei fili⁹ naturā assumpsit hu
manā. Modū debitū: qr p orōné ðuotaz.
ad q̄ qdé vt melius nos alliciat inducit
exemplum mulieris fragilis cananee: vt
sic nullum excusare possit: sed fortius ani
metur. Scd̄m h igitur beat⁹ Math. tria
tangit in hoc euangelio.s.

Redéptoris dignatóem mirabilē.
Peccatoris reductóem ɔmédabilem.
Saluatoris miseratóem appetibilem.
¶ Pm pbat pdigiū amorosum. 2m desi
derium viscerosum. 3m bñficium copiosuz.
pm in prin. 2m ibi. ⁊ ecce mr̄ ⁊c. 3m ibi. tūc
rn̄dens yhs ⁊c.

Prima pars.

q

Uantum ad pm vbi tangit ⁊c.
q̄ pbat ⁊c. dic̄. egressus yhs ⁊c.
Tyrus enim ⁊ sidon s̄m Remi
gium fuerunt ciuitates gentilium. Nam
Tyrus metropol'. fuit cananeorum. sidon
termin⁹ cananeoꝝ respiciés ad aquilonez.
xp̄s igitur exn̄s in genesar q̄ erat regio
iudeoꝝ venit ide in partes Tyri ⁊ Sido
nis ciuitatum gentilium. vbi Remigius.
p h eim dn̄s relict̄ scrib ⁊ phéis venit in
ptes Tyri ⁊ Sydóis p̄figurabatur q̄ relí
ctur⁹ erat iudeos ⁊ transitur⁹ ad gétiles.

¶ Sciédū é āt loquédo spūaliter q̄ i isto
egressu xp̄i de genesar in partes Tyri ⁊ si
donis. cognoscere possum⁹ dignatóem re
demptoris admirabilem: qr dei fili⁹ p no
bis incarnari voluit. ⁊ signat sanctam tri
nitatem in qua eternaliter est natiuitatis
initium: quia ab ipa procedit filius a pa
tre ex qua omnis paternitas ⁊ filiatio na
tiuitatis nomen sumpsit: iuxta illud apo
stoli Ephe.3. Flecto genua mea ad p̄rez
domini mei yhu xp̄i. ex quo omnis p̄rni
tas in celis ⁊ in terra nominatur. ¶ Ty
rus vero interpretatur plasmatio siue an
gustia. Sydon vero interpretatur vēatio
Christus igitur de Genesar .i. de solio tri
nitatis venit in partes Tyri ⁊ Sydonis.
quando venit in mundum: vt sic in Tyrū
inquantum est q̄ plasmatio venerit quan
do descendens in vteruz virginis fuit vir
tute spiritus sancti factus homo. inquan
tum vero q̄ angustia quando in corpore
suo nostras penalitates assumpsit volés
esurire ⁊ sitire: fatigari ⁊ finaliter mori
pro nobis: vt sic merito dicere potuerit

illud sap.7. Sum quidem ⁊ ego mortalis homo similis hominibus. venit etiam in sidonem que interpretatur venatio. quia Christus vt redemptor humani generis fuit nostre salutis venator solicitus: dum nos pp peccatum primorum parentum pditos ad viam salutis reduxit ⁊ diligenter quesiuit. Iste egressus filij dei fuit figuratum per egressum fluuij d loco voluptatis de quo dr gen.3. Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum qui inde diuiditur in quattuor capita: quorum nomen primi Physon. nomen secundi Gyon. nomen tertij tigris. Fluuius autem quartus ipse eufrates. ¶ Ubi sciendum q per locum voluptatis intelligitur sancta trinitas in qua est omnis delectatio ⁊ perfecta spiritualis voluptas: vt sic iuxta illud Joel.2. Sit quasi ortus voluptatis. Nam ibi instar orti in quo nascuntur virentia. gloriosa trinitas est origo omnium gratiarum. ¶ Per paradisum autem terrestrem intelligitur ecclesia militans: siue congregatio verorum fidelium: qui digne deo viuentes du militant. lz corporaliter sint in terra: sunt tamen spe ⁊ desiderio in celo. Unde Phy.3. nostra conuersatio in celis est. ¶ Per fluuium autem de loco voluptatis egressum paradisum. i. sanctam matrem ecclesiam irrigantem intelligitur Christus qui propter plenitudinem q3 in se continet donis ⁊ gratijs nos irrigat ⁊ fecundat. Unde Johan.1. Uidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti a patre ple. gratie ⁊ veritatis. de cuius plenitudine nos omnes accepimus gratiam p gratia. ¶ Iste igitur de paradiso celesti exiens irrigauit sanctam matrem ecclesiam operibus gratijs ⁊ doctrina: vt iuxta illud ps. Fuerit irrigans montes de superioribus suis. ¶ Dicitur autem h fluuius in quattuor capita diuidi. quia ad vniuersitatem omnium hominum se extendit irrigatio eius. vn sciendum q humanigeneris generaliter sumpti sunt due drie. Nam aliqui sunt q gratiam nullo modo pnt recipe sicut dānati in inferno. ⁊ isti dimittuntur. Aliqui sunt q lz gratiam habent. lz possint ipsam recipere ⁊ isti sunt in quadruplici dria. ¶ Nam quidam sunt peccatores tn viatores: ⁊ isti lz non habeant gratiam: tamen ipsam pnt recipere. ¶ Quidam autem sunt iusti viatores actiui. qui se exercent in operibus pietatis. quidam vero iusti viatores contemplatiui. qui quasi terrenorum obliti celestia contemplantur. ⁊ omnes isti sunt in gratia per quam spiritualiter deo viuut. ¶ Quidam aut boni ⁊ comprehensores. ⁊ isti sunt in gratia cōsumata que dicitur gloria sempiterna. ¶ Ad omnia autē ista quattuor genera hominum irriganda venit iste fluuius xps yhs gratia plenus. Signanter autem dicitur iste fluuius qui diuiditur in quattuor capita sortitur quattuor nomina istis quattuor generibus hominum adaptanda. ¶ Nam physon qui interpretatur oris imutatio vadit ad peccatores quos tunc imutare dr. dum de peccatis conterunt cōmissis: ⁊ ad penitentiā conuertuntur: vt sic dicat peccator penitens Ecce nunc cepi h mutatio dexte excelsi. Gyon aut interptatur luctatō. vadit ad iustos actiuos quorum est luctari ⁊ preliari c vicia ⁊ ipa deuincere istar patriarche Jacob. de quo dr gen.32. q vir luctabatur cum eo vsq3 mane: q cum videret q eum superare nō possz tetigit neruū femoris eius: ⁊ statim emarcuit. Sic re vera hō ipugnatus ab hoste virilr se dz defendere. ⁊ sic vincēs neruū fēoris dz emarcure vt .s. habite victoria nō amplius sentiat delectationem peccati. ¶ Tygris qui interpretatur velox vadit ad iustos cōtemplatores. quos ē ex assuefactōe ptinua p ptemplatōem in deum faciliter elleuari. qbus eccli.31. In oibus opibus tuis esto velox ⁊ nō occurret tibi ois ifirmitas. ¶ Eufrates aūt q interptatur accrescēs siue frugifer vadit ad

beatos quos crescētes facit ⁊ frugiferos. q: adepti sunt eternam glā in qua diuinitatꝭ fructu suauissime recreātur: vt qlibet eoꝝ dicat illud cant.3. Sub vmbra illius q̄ꝫ desideraueram sedi ⁊ fructus eius dulcis gutturi meo. Pꝫ igitur qualiter iste fluuius .i. dei filius de trinitate exiens paradisum .i. sanctam mrēm ecclam irrigauit.

Secūda pars.

s Equit. Et ecce mlr cananea ⁊c. vbi tangit pecōris reductōnem cōmendabilem. qꝑ probat ꝺ̄siderium viscerosum. Ista quidem mulier cananea lꝫ gentilis essꝫ: tamen indigens diuino auxilio cū magna fide venit ad xp̄ꝫ: desiderans sibi in necessitatibus subueniri in qua ſm Orig. in oml'. designabatˀ cōuersio gentilis ppli ad fidem xp̄i: queꝫ iudei pp eorum malitiam deserebant: i ista autem muliere venientē ad xp̄m tria possumus considerare .s.

Fidem ꝑfectissimam in ꝯfitendo.

Patientiā ꝯstantissimam i ꝑseuerādo.

Humilitatē ꝓfundissimā i rñdendo.

¶ Qm ad pm diē. Ecce mlr ⁊c. ad fidē qdem ꝑfectam nō solū reqritur credulitas cordis sed ⁊ cōfessio oris: iuxta illud Ro. 4. Corde enim creditˀ ad iusticiam: ore āt confessio fit ad salutem. In fide igitˀ istiꝰ mulieris duo possumus considerare .s.

¶ Primo sedulitatem actōis ꝓcedēteꝫ ex cordis credulitate.

¶ Secūdo integritatem locutiōis procedentē ex oris veracitate.

¶ Qm ad pm diē. Et ecce mulier ⁊c. ex h̄ eim cōmēdāda ē fides huiꝰ mlieris: q: cū sexū essꝫ fragil' q: mlr. ⁊ essꝫ gētilis nō instructa in lege: tñ cū tāta ꝓmptitudie ad xp̄m accessit vt sic illa pphia Is. d. Is. 55. Ecce gētes q̄s nesciebas vocabis. ⁊ gētes q̄ nō nouerūt te ad te currēt. ¶ Qm ad integritatē locutōis ꝓcedētē ex oris veracitate diē. clamauit. d. ⁊c. in xp̄o eim erat vera deitas ⁊ vera hūanitas q̄ duo hūiliter ꝯfitetur. ¶ Nā deitatē ꝯfitetˀ cū diē dñe. Nam iuxta illō ps. Ipe ē ds magnꝰ ⁊ rex magnꝰ sup oēs dos hūanitatē ꝯfitetˀ: cum dicit fili dd. Nā iuxta illud Ro. 1. Factus est ex semine dd ſm carnē. huiꝰ dei ⁊ homis misericordiam petit ꝓ filia sua sb nomine tñ ꝓprio. d. miserere mei. ⁊ vt tu dñe ad miserendum faciliꝰ inclineris eam tibi lacrimabilitˀ explico: q: filia mea a dmōio vexatˀ ⁊ tu dñe potes eā mundatˀ. ¶ Qm ad 2m diē q nō rñdet ei ⁊c. xp̄s eniꝫ apparenter nō vr̄ curare de ista muliere: quia noluit sibi rñdere. ⁊ qr̄ non rñdet pōt eē triplex cā. ¶ Prima vt ipsius fidem probaret. ¶ 2a vt ad rogādū ꝓ ipa discipl'os induceret oñdens ſm Glo. esse necessariū ꝑces sanctoꝝ ad aliqd impetrandum.

¶ 3a cā ē doctrinā q̄ꝫ dederit discipulis obseruaret qbus dixerat Math. 10. in viam gētiū ne abieritis. ⁊ in ciuitates samaritanoꝝ ne intraueritis: ſꝫ potius ite ad oues que perierunt domus Isrl'. Q: igitˀ h̄ mulier gentilis erat cum qbus nō communicabantˀ iudei: ideo xp̄s tunc sibi non rñdet. Scōm h̄ igitˀ h̄ quattuor possumus considerare .s.

Dissimulatōem appentem.

Intercessionē inducentem.

Excusatōem euidētem.

Deprecatōem reuerentem.

¶ Qm ad 2m q: d ꝑmo dcm̄ ē. diē. qꝑ accedētes discipl'i eiꝰ ⁊c. vbi Hiero. discipuli adhuc illo tp̄e misteria dñi nesciētes: vel mia cōmoti rogabāt ꝓ mlier̄ chana. vl' importūitatē eiꝰ carere cupiētes. ¶ Qm ad excusatōem euidētē diē. ipe āt rñdēs ait: nō suꝫ missus nisi ⁊c. ꝑ qꝑ qdem intll'i pñt oēs hoies huiꝰ mūdi q̄ oues dicuntˀ: iuxta illō ps. Ipe ē dñs ds nr̄ nos āt ppl's eiꝰ ⁊ oues pascue eiꝰ. ¶ Lꝫ āt oēs homies sintˀ oues di: tñ spāl'r ppl's isrl' oues eiꝰ dicuntˀ q: legē eis dederat ⁊ circōcisionē ꝑ q̄ distiguebantˀ a cetis pplis: iuxta qꝑ eis dñs dixerit moy. dutero. 14. ppl's sanctus es

dño deo tuo ꝛ te elégit vt sis ei ppl'm pe culiarem d cūctis gétibus q̄ sunt sup ter ram.q: igit oés oves iste pierūt:ió ds fili um suū misit in mundū.¶ Q^m ad dpreca töem reueréte dic.at illa véit ꝛ adorauit ꝛc.Ista.n.mlier vidés q̄ ñ d lóge clamás nec ét ad intercessioné discipulo℞ exaudi ta fuit.túc pxim⁹ véit adorás ꝛ dicés dñe adiuua me:vbi tria possum⁹ ↄsiderare .s.
Diligétiam in accedédo.
Reuerétiá in collendo.
Sapiétiam in postulando.
¶ Q^m ad p^m dic.at illa venit.Venit qui dem ad xpm vt ad fontem mie sciés illd Osee.6.Veni ꝛ reuertamur ad dñm:q: ip se cepit ꝛ saluabit nos.¶ Q^m ad reueré tiam in collendo dicit.ꝛ adorauit eū. Ista enim mlier iá facta vere fidelis:cognoscés xpm dum esse:obtulit cultum cum reueré tia eū adorádo vt impleret illud deutero. 10.Dñm deū tuū adorabis ꝛ illi soli serui es.¶ Q^m ad sapiétiá i postulando dicit. Dñe adiuua me.Ista mlier sciés xp̄ʒ duʒ nō dixit roga p me:ſʒ sic hñs potentiam adiuua me:vt sic dicat illud ps. Adiutor me⁹ es tu ne dreliquas me neqʒ despiti as me ds salutaris meus.¶ Q^m ad 3^m s.hūilitaté pfūdissimá i rñdédo dic. Qui rñdés ait.nō é bonū ꝛc.magna qdé hūili tas fuit hui⁹ mlieris qñ se sic vidit a xpo dspectá q̄ ↄparauit eá cáibus q̄ in nullo fuit cómota:ſʒ ápli⁹ se despexit. vñ h duo possum⁹ ↄsiderare.s.
Xpi obiurgatóem despectiuam.
Mlieris rñsioné placatiuá.
¶ Q^m ad p^m dic.nō é bonū ꝛc. p panem ei itlli pót sacra scriptura:q: sic páis é om nib⁹ alijs cibis cóio: ꝛ sáio:ita sacra scri ptura é cetis sciétijs cóio: dco℞ vtilitate sapidio: supno℞ suauitate ꝛ sanio: ↄtépto rū veritate.2° mō p panem itlli pt dia gr̄a aiaʒ nutriés ꝛ ↄfortás.p filios isrl'itll'nt iu dei q iter alios ppl'os filij di singl'r voca bant.p cáes vo itll'nt gétiles q tūc erant cáes imūdi p luxuriá latrátes p ydolatri am:ꝛ furibūdi p psecutóis seuitiá. ꝛ ió tc erát extra ↄsortiū gregis di.vult igit xp̄s dre q̄ ñ erat bonū sūe pané.s.sacrá scrip turá:vl' diná gr̄am vl' plétudiné miraclo rū q pncipal'r dbebat iudeis ꝛ dar ea géti lib⁹.¶ Q^m ad mlieris rñsioné placatiuá dic.at illa dñe ꝛc.Ista qdé ml'r tanqʒ con stás ꝛ hūil'ꝛ prudés nō dspanes d dia mia multiplicat pces hūil'r.ex^m d cáib⁹ qbus ↄpata fuerat adducédo.ꝛ ió dñe.q.d.ve℞ é q̄ dicis q: cáis sū.ꝛ nō solū cáis: ſʒ min⁹ é catell⁹.ſʒ tu dñe.ꝛ si páis iteger ñ dar ca nib⁹ catelli tñ cōedūt d micis q̄ cadūt de mésa dño℞ suo℞.si igit mihi miser tanqʒ idigne nō vis itegrū pané porriger facien do mihi ml'ta miracula:tu tñ mihi p tuá miam aliqʒ pvá michá tribue mee filie sa nitaté dádo q̄ michá dici pt:respectu mi raculo℞ ml'titudis q̄ opat⁹ es iudeis:ꝛ sic ista ml'r istar Lazari cupiebat satiar d mi cis q̄ cadebát d mésa diuitꝫ.¶ Mőal'r át loqndo circa istá pté.scié.é q̄ p istá ml'ré hñté filiá dmóiacá:itll'r qlibʒ exñs i pcc° mortali.¶ Qui p pót dici ml'r a molitie. molitié carnis ꝛ delitias seqndo:d q̄ dr p uer.18.Qui molis ꝛ dissolut⁹ é i ope suo fr é sua opa dissipantꝫ.¶ 2° pt dici chana ne⁹ q̄ interptat negotiator.q: igit dditus terréis p auaritiá ñ curás de celestib⁹.ió pt dici canane⁹: vt d ipo possit dici illud gñ.12.Cananeus tc erat i terra.¶ 3° pccór pt dici hr̄e filiá dmóiacá. Ná p filiá itell'r ei⁹ aia q̄ʒ tener dberet diliger sic mr filiá ꝛ i gr̄a pseuerar:ſʒ lʒ sic deberet eé:tñ mul totiés accidit q̄ efficit demóiaca.qñ.s.hó cō mittit pccm̄ mortale:q: tc dar i ptáte a q̄ multipl'r vexatur male.¶ Al'n p supbiá tumor dñandi:al'n tumore luxuriádi : al'n amore ditádi p auaritiam : ꝛ sic de alijs. ¶ Cōsiderás igit pccór miser dʒ istar mu lieris cananee ab ipomet p veram pniam egredi:ꝛ ad Christum accedere qui véit in mūdum peccatores saluos facere, ad

quem accessum dulciter eu3 inuitat.Gen̄. 27.d.Accede ad me ⁊ da mihi oscl'm fili mi tunc enim xp̄s osculaƭ peccatorẽ quan do ip̄m recipit in gratiam.¶ Hoc aute3 deb3 dupliciter a peccatis egredi.¶ Pri mo eis non ꝯsentiendo sed ea fugiẽdo iu xta illð Eccli.21.quasi a facie colubri fuge peccata hoc aũt fuit figuratũ in Joseph de quo sentential'r dicitur Gen̄.39.Quod cum q̄dam mulier ip̄m duceret ad peccã dum ⁊ ip̄m apphendiss3 per vestimentu3 suũ nullo mõ cõsentire voluit sed relicto in manu eius palio fugit . ⁊ egressus est foras.¶ Ubi sciendum ꝙ p Joseph qui i terpretaƭ filius accrescẽs ⁊ decorus aspe ctu intell'r anima intellectiua in hoie cu3 suis potẽtijs q̄3 ds̄ decorã creauit.q: ad ymaginem suã que ðberet in h mũdo cre scere p opera virtuosa p mulierem intelli gitur corpus siue sensualitas cũ potentijs suis que multocĩ.allicĩ rationem vt ipsius sequatur blãditias instar mulieris allicie̅ tis ad cõcupiscentias iuxta illud Eccli. 25.A muliere initium factũ est peccati ⁊ p illa3 omnes morimur . q: sensualitas si in se homo pmittat dominari puertit totu3 ordinem ideo homo debet esse valde soli citus ne decipiaƭ ab ipsa ⁊ instar Joseph foras egredi.palio derelicto .p palium q dem corpus ornans intelligi potest aliq̄ apparens delectatio sic sensualitas ornat suas cõcupiscentias vt ad ipsas sectãdas homo fortius animeƭ quas tamen vt vir fortis debet derelinquere ⁊ non assentire iuxta illud Cor.6.Fugite fornicatõem.

¶ Secundo homo debet egredi a pecca tis in eis non pseuerando sed ipsa dimit tendo.iuxta cõsilium Eccli.d.Eccli.21.Fi li si peccasti ne adijcias iterum.sed ð pri stinis cogitare vt tibi dimittanƭ ad h au tem figuratiue admonet dominus quem lib3 peccatorẽ Gen̄.12.d.Egredere de ter ra tua ⁊ de cognatione tua ⁊ de domo pa tris tui.⁊ veni in terram q̄3 monstrauero tibi faciamq3 te in gentem magnã.⁊ bene dicam tibi ⁊ magnificabo nomen tuũ eris que benedict9.¶ Ubi sciendum.ꝙ peccõr quantũ ad presens spectat tripliciter põt deordinari quantũ ad effectũ.s.

¶ Qᵐ ad affcm̄ tẽporalẽ respectu m̄di.
¶ Qᵐ ad affcm̄ pẽtele respectu ꝓximi.
¶ Qᵐ ad affcm̄ corpalẽ respectu sui.

¶ Primus datur intelligi p terram.secũ dus per cognatõe3.tertius per domũ ab istis aũt tribus homo debet egredi si vl't ipsi9 animã a deo diligi.ꝓpter ꝙ dicit p̄s. Audi filia ⁊ vide ⁊ inclina aurem tuam.⁊ obliuiscere populũ tuũ ⁊ domũ patris tui ⁊ cõcupiscet rex decorem tuũ.quoniã ipse est dominus deus tu9 talem autẽ sic egre dientem deus remũerat benedicẽdo per donorum colatione3 multiplicãdo per me ritorum cumulatiõem magnificãdo per p̄ miorum exaltatiõem de primo Prouer. x.Benedictõ dñi super cap̄ iusti.De secũ do.Deutero.x.Ecce non multiplicauit te dñs deus tu9 sic̃ astra celi.de tertio Jos. 4.In illa die magnificauit dñs Jos.1.ho minem iustum coram omni Jsrl'.1.coram omnibus sanctis qui sunt in p̄ria.¶ Scie̅ dum est aũt ꝙ homo volẽs egredi vt di ctum est de statu culpe ⁊ venire ad statu3 gratie debet inter alia exẽplo huius mu lieris chananimitis tria faceř que ipa di citur fecisse.s.

Deũ p operatõe3 ðuote inuocare.
Alioꝝ oratõe s in suũ auxiᵐ ꝓcurare.
In petendo assidue pseuerare.

¶ Quantũ ad primum dicit.ꝙ clamauit miserere mei ⁊c.instar huius peccator in sua oratione deb3.

Extollere diuinã potentiã oib9 ꝓsidente̅.
Cognoscere Christi clementia3 omnibus assistentem.
Inspicere propria3 miseriã letaliter affli gentem.

¶ Et tunc inuocare liberal'r indulgentiã. nam de ipsius potentia dicit in p̄s.Dñs

ipſe eſt d̄s in cuius dictione cuncta ſunt
poſita ꝛ non eſt q poſſit reſiſtere volūtati
ſue heſter.13.De ſecūdo Iſ.55.Seriā vob̄
cū pactum ſempiternū miſericordias d̄d̄
fidel'.¶ De tertio dicere debet illud ṗs.
Miſerere mei deus ſecundū magnaz mi
ſericordiam tuam.ꝛ ſecundū multitudinez
miſerationū tuarum dele iniq̄tatem meā.
¶ Secūdo d̄bet inſtar huiꝰ mlieris alio
rum oratiōes in ſuū auxilium prouocare.
Nam peccator ꝯſiderans ꝙ non meretur
a dn̄o exaudiri.quia non eſt ſpecioſa laus
in ore peccatoris Eccli.15.ideo debz ad bo
nos recurrere vt pro ipſo ap̄ deum inter
cedant.vnde quilz admonet Iob.5.vbi di
citur voca ſi eſt q te reſpondeat . ꝛ ad ali
quem ſanctoꝝ cōuertere.¶ Hoc aūt fuit
figuratum.2.Re.14.vbi ſentential'r dicitur
ꝙ cum abſalon ꝓpter offenſam patri ſuo
interficiēti propriū fratrem amodo nō au
deret ire ante faciez d̄d̄.cognoſcēs ꝙ per
ſeipſum nō poterat recōciliari voluit h̄
per itermediū impetrare.ꝛ ideo dr̄ ꝙ mi
ſit Ioab militem d̄d̄ amicū regis.qui loq̄
retur pro ipſo cū rege ꝛ pro ipo gr̄am im
¶ Quãtũ ad primũ dic̃ deinde post hec ⁊c.Nam viscerosus amor hic ostẽdit̃ xp̄i ad Lazarũ.quia ꝑpter ipsum voluit in iudeam redire.vbi voluerũt ipum lapidar̃ iudei a quib⁹ ꝫm Augu.discessit vt homo sed reuertit̃ ad eos vt dñs.¶ Quãtũ ad timorosam dubitatõeȝ dicit dñt ei discipuli ⁊c.Naȝ discipuli nũdum plene illũinati nec adhuc per spũs sancti gr̃a cõfirmati xp̃m deum nõ nouerant.⁊ ideo ꝫm Aug. tam de ipo dubitabãt q̃ȝ etiam d̃ seipsis.

¶ Quantũ ad animosam cõfortationem dic̃ respõdit yh̃s nõne.12.hore ⁊c. Ista qdem pticula põt multipliciter introduci.

¶ Primo vt xp̃s se oñdat diem ⁊ ap̄los 12.horas. Sed ego sum dies.⁊ vos hore igit̃ debẽt meseq ñ ego vos hui⁹ aũt seq̄lle rationem subiũgit.d.si quis ambulauerit in die ⁊c.vbi talem ratiõem intendit. sicut se hȝ dies materialis ad ambulãtes cum ipo.sic ⁊ dies spũalis ambulãtes cuȝ ipso.sed q ãbulat i die materiali nõ offendit quia videt lucem materialem igit̃ qui ambulat mecũ qui sum dies spũalis non offendit.⁊ sic nõ oȝ vos timere me sequi.

¶ Secũdo modo potest introduci inuendo rationes duas prima sumit̃ ex iudeoꝝ imutatione.secunda ex lucis illustratiõe.

¶ Ex iudeorum imutatione sic arguit.12. horis diei potest aliqs a proposito suo imutari lȝ igitur iudei al'n lapidar̃ me voluerint tñ possunt esse mutati.⁊ sic nõ oȝ timere nã de mutatiõe cordium hominuȝ dicitur Exo.24.Immutatum est cor ph̃onis in seruorũ eius super populo Israel.

¶ Ex lucis illustratiõe sic arguit vbi est presentia lucis non debet esse timor quia lux confortat ⁊ letificat. sed nunc in mea presentia est presentia lucis.ergo nos nõ debemus timere.¶ Quantũ ad tertium dicit.h̃ ait yh̃s post h̃ dixit Lazarus ⁊c. necessitas eniȝ itineris xp̄i fuit vt suscita

ret amicū dicit autem ipm dormire lz iaz esset mortuꝰ. quia scdm Augu. licet esset naturaliter mortuꝰ xpo. tamē dormiebat qui facilius ē suscitare mortuū. ꝙ hominē dormiētem aliquem excitare. ¶ Quantū ad quartū dič. Dixerunt ergo discipli ꝛc. vtilitas quidem discipulorū fuit mors Lazari. quia per resuscitatōem ipsius fuerunt in fide fortius confirmati que mors ipsis ignorātibus māifestaē a xpo vnde hic. 5. possumus ꝯsiderare. s.
Dubietatis insinuatōem.
Ueritatis declaratōem.
Mortalitatis exp̄ssionem.
Utilitatis consecutōem.
Uoluntatis determinatōem.
¶ Quantū ad primū dič. Dixerunt ergo ꝛc. vbi Criso. solet enim somnꝰ egrotātiuz esse causa salutis inditiuz. dixerunt ergo xpo. si dormit saluꝰ erit. q. d. ẜm Criso. si dormit nō igitur est vtile ꝙ tu vadas ad excitādum eū ꝙ qdem scdm Criso. Dicebant volentes ipedire eius aduentū in iudeam. ¶ Quantū ad veritatis declaratōnem dicit dixerat autez dñs de morte ꝛc. Quanta quidem dubitatōem ꝗ habuerī discipli d verb dñi hic declarat ostēdens de quo somnꝰ dixerat. ¶ Quantū ad mortalitatis exp̄ssionem dicit tunc. dicit ergo eis yħs māifeste ꝛc. vbi Aug. Quia dixerat obscur̄ māifestat ꝙ dixerat. ¶ Quantum ad vtilitatis ꝯsecutionez dicit. ⁊ gaudeo propter vos. ex duobus enim potuit crescere fides discipulorũ. quia Christus non erat presens Lazaro ⁊ tamen ipsum mortuū nūciauit. secundo quia ipsuz iam fetidum resuscitauit. ¶ Quantum ad voluntatis determinatōem dicit sed eamus ad eum. Nam videns xp̄s oportunitatez temporis quo poterat clare miraculuz facere cōpatiens sororibus Lazari determinauit adeundum. ¶ Quantū ad quintuz dicit. dicit ergo Thomas cognoscēs volūtatem qua se determinauerat ad eundum licet dubitaret ne iudei xp̄m offenderent tamen fortificatꝰ spiritu ⁊ alios vt sequātur Christum vsqz ad mortis periculum ortabat. de quo Beda. Sicut enim loquebatur quasi posset facer̄ que alios ortabatur immemor sue fragilitatis sicut petrꝰ.

Quarta pars.

Equit. venit itaqz yħs ꝛc. vbi tāgit affabilitatem eloquij demulcentis. ꝙ pbat effectus nūciatꝰ vbi tria ꝯsidera. s.
Aduentū xp̄i benignissimū.
Occursum Marte sedulissimū.
Accessum Marie deuotissimū.
¶ Quantū ad primum dicit venit itaqz yħs ꝛc. vbi tria possumus ꝯsiderare. s.
Temporis ꝯgruitatem.
Loci opportunitatem.
Populi numerositatem.
¶ Quantū ad primū dič venit itaqz yħs ꝛc. Nam xp̄s quarta die accessit. ẜm alcimiū. vt quatriduanū impleret ⁊ Lazarus gloriosius resuscitaret. ¶ Quantū ad loci opportūitatem dicit erat autem bethania iuxta ierᵐ quasi stadijs. 15. Nam octo stadia faciūt vnum miliare. ⁊ sic distabat a ierᵐ per duo miliaria minꝰ vno stadio. ⁊ ideo secundum Criso. Erat locus oportunus vt possent sorores Lazari facilius visitari. ¶ Quātū ad populi numerositatem dicit multi autem ex iudeis ꝛc. Quia sorores Lazari erant valde nobiles ideo multi iudei venerūt de ierᵐ ad consolandum eas de fratre mortuo. ¶ Quantum ad secūdum dicit Martha autem vt audiuit ꝛc. vbi tria possumus ꝯsiderare. s.
Marthe ꝓmptam acceleratōez.
Eiusdem fidelem confessionem.
Xp̄i vtilem instructōem.
¶ Quantū ad primū dicit Martha aūt ꝛc. Naz Martha tanqꝫ de xp̄o multū solicita. vt audiuit aduentū eius vl' xp̄i iuit ad ipm cur aūt nō vocauit sororem suam

Mariam qñ primo iuit ad ipm assignat duplex ratio. ¶ Prima fuit ꝫm Theoᵐ q: voluit iudeos q erant pñtes latere ad uentũ xp̄i. q: ipsum hēbant exosum. ꝙ nõ credēbat posse fieri si vocassꝫ mariã. ¶ Secunda rõ fuit scd̃m vt audita respõ sione xp̄i Marthã ꝯsolantem aduentum Marie gaudiosius nũciaret. ¶ Quantũ ad Marthe fidelem ꝯfessionem dic̃. dixit aũt Martha ⁊c. vbi duo ꝯfitetur de xp̄o. ¶ Primũ ẽ ꝙ i sua p̄sentia potuissꝫ mortem Lazari p̄uenire ⁊ ideo dixit dñe si fuisses hic ⁊c. ¶ Scd̃m ẽ ꝙ xp̄s iã Marthe p̄uentum poterat suis p̄cibus suscitare.

¶ Quantũ ad xp̄i vtilem instructõem dic̃: dicit ei yh̄s resurget frater ⁊c. in q̃ instructione ad resuscitatiõem Lazari quattuor considera. s.

Actum euidentem.

Causam sufficiẽtem.

Modum cõuenientem.

Accessum ꝓmerentem.

¶ Quantũ ad primũ dic̃. dixit ei yh̄s ⁊c. vbi primo ponit̃ resurrectõis securitas. secundo Marthe credulitas. ¶ Quantum ad primũ dic̃. dicit ei yh̄s ⁊c. In ista certificatiõe resurrectõis xp̄i iplicite certificat Martham d̃ duplici impfectiõe credulitatis q̃ꝫ supius p̄tendebat in verb suis. s. ꝙ poterat p̄sens miracl'a facere. ⁊ ꝙ si h̄ faceret nisi i virtute alteri⁹ faciebat. ideo xp̄s ꝫm Criso. prudẽter dixit resurget fr̃ tu⁹ non ãt dixit rogabo nec dixit nõ indigeo alterius adiutorio. ¶ Qᵐ ad Marthe credulitatem dic̃. scio q: resurget i nouissimo die. Nam q: dominus absolute dixit resurget nõ determinãdo tẽpus retulit Martha secundum Augu. Illud forte dcꝫ pro resurrectõe generali q̃ꝫ credebat futuram nõ pro resurrectõe presenti. resurrectõem aũt generalem scd̃m Criso. certitudinal'r credebat. q: sepe xp̄m docẽtem audierat. ¶ Quantũ ad cãm sufficiẽtem dic̃. Dicit ei yh̄s ⁊c. Ego sum resurrectio ⁊ vita ⁊c. vbi xp̄s duplicem impfectõem credulitatis Marthe. q̃ꝫ supius iplicite insinuauerat hic clarius mãifestat vñ Aug. Dominus aũt mãifestius suam oñdit auctoritatem. Nã subdit̃ dicit ei yh̄s ⁊c. ego sum resurrectio ⁊ vita. quoniã nõ indiget alio adiutorio qual'r erit resurrectio. si x̄o ipe vita nõ loco sed vbiqꝫ exñs potest sanar̃. ¶ Quantũ ad modum ꝯuenientem dicit qui credit i me ⁊c. Nam sic̃ duplex ẽ mors ita duplex ẽ resurrectio. ¶ Est enim p̄mo mors anime quãdo per peccatũ separat̃ a deo de qua Apoc. 3. Nomen hẽs ꝙ viuas ⁊ mortu⁹ es. ⁊ ab ista per gratiã resurget ⁊ fidem quia Abacuch. 2. Justus autem ex fide viuit. ¶ Secundo est mors corporal'. de qua. 2. R̷. 14. Omnes morimur ⁊ quasi aqua dilabimur que non reuertunt̃. ⁊ ab ista resurget corpus in resurrectõe finali. h̄ autem duplex resurrectio se habet per ordinem. quia prior est resurrectio anime ad q̃ꝫ secuta est resurrectio corporis p̄mo igitur fit mentio de resurrectione anime. secundum August. Cum dicit. Qui credit in me ⁊c. secundo de resurrectione corporis cum dicit. ⁊ omnis qui viuit. s. in carne ⁊ credit in me per fidem formatam etiam si moriatur ad tempus per mortem carnis. non morietur in eternum. i. semper quia aliquando resurget. ¶ Quantum ad ascensum promerentem dicit credis h̄. cui respondet vtiqꝫ domine ⁊c. vbi licet Martha non videatur ad questionem explicite respondere. quia questio fuit de credulitate resurrectionis. de qua mentionem non facit. tamen implicite respondet ⁊ realiter secundum Aug. Dum Christum confitetur dei filium in cuius virtute est resurrectio. ⁊ vita. ⁊ quicquid potest perfectionis ⁊ operis cogitari.

¶ Quantũ ad tertium dicit ⁊ cum h̄ dixisset ⁊c vbi quattuor considera. s.

Marthe secretam insinuatóem.
Marie sedulā acceleratóez.
Judeoꝝ piam cōpassioné.
Marie amaram expressioné.
¶ Q.ᵐ ad pᵐ dic. Et cum hoc dixisset ꝛc. Ubi Criso. Ideo autem oculte sororez vocat qꝛ si sciuissent iudei xp̄m aduenire recessissent ꝛ non fuissent testes miraculi. ¶ Q.ᵐ ad Marie sedulam acceleratóez dicit. Illa autez vt audiuit ꝛc. vbi duo possumus considerare. s.
Marie actū solicitum.
Christi locū cōgruum.
¶ Q.ᵐ ad pᵐ dicit. Illa autem vt audiuit ꝛc. Nam Maria tm̄ diligebat ꝙ stati cucurrit ad ipsum quando ipsius audiuit aduétum. ¶ Q.ᵐ ad xp̄i locum ꝯgruum dicit. Mundum enim venerat ꝛc. vbi Criso. Cautius enim stat vt non videat́ ingerere seipsuz miraculo sed rogari ab alijs ¶ Q.ᵐ ad iudeorum piam compassióem. dic. Judei igitur qui erant ꝛc. Nam iudei videntes ꝙ Maria subito surrexerat ꝛ exierat ignorātes cām sui exitus crediderunt ꝙ iret ad monumentuz vt ibi ploraret frēm suum ꝛ sibi compassi secuti sunt eam. ¶ Q.ᵐ ad Marie amarā exp̄ssioné dic. Maria ergo cum venissz ꝛc. vbi duo tangit. s. honoris exhibitóem. cum dic. Et cecidit ad pedes eius ꝛ doloris expressionem: cum dic. dn̄e si fuisses hic frater meus nō essz mortuus ꝛc.

Quinta pars.

Sequitur. Jesus vidit eam plorātem ꝛc. vbi tangit celebritatem miraculi excellentiā. ꝙ ꝓbat mortuꝰ suscitatꝰ. vbi qᵐ ad miraculū d̄ resurrectóe Lazari i q̄ xp̄s ſbuéit sororibꝰ tria ꝯsidera. s.
Affectū misericorditer inclinanté.
Affatū familiariter ꝯsolanté.
Effectum mirabiliter ꝯsequentem.
¶ Q.ᵐ ad pᵐ dic. ybs āt ꝛc. Nā magnus effectꝰ ōndit́ fuisse xp̄i ad sorores Lazari qn̄ lachrimatus est. vbi tria ꝯsidera. s.
Ostēsioné euidété.
Opinioné differentem.
Dispositóem ꝯfirmantem.
¶ Q.ᵐ ad pᵐ dic. Jhs āt ꝛc. vbi ꝯsidera s. xp̄i imutatóem: loci interrogatóem.
¶ Q.ᵐ ad pᵐ dic. Jesus ergo ꝛc. Nam iste fremitus ꝛ ista turbatio xp̄i ip̄m imutantes exterius fuerūt signū afflictionis q̄z habebat ad Mariā ꝛ Marthā plorātes ſm Criso. Judiciū hūanitatꝭ assūpte fuit. ¶ Q.ᵐ ad loci interrogatóem dicit. ꝛ dixit vbi posuistis eū. cui r̄nderunt veni ꝛ vide. ꝛ seqtur ꝙ iteꝝ lachrimatus est. vbi Alcimᵐ. Qꝛ fons pietatis erat fulgebat p̄te humāitatis qué resuscitat ꝑ poté tiam diuinitatꝭ. ¶ Q.ᵐ ad opinioné differétem dic. Dixerunt ergo iudei ꝛc. Inter iudeos eim q venerant ad visitandū istas sorores aliqui erant diligentes Christum aliquí odientes. inter quos fuit duplex opinio. Nam Christum diligentes ex pietate dicebant. Ecce quomodo amabat illū Odientes autem Christum ex emulatione ꝛ malignitate. dicebant nōne poterat h̄ qui aperuit oculos ceci nati facere vt n̄ h̄ moreret́. ¶ Q.ᵐ ad dispōné ꝯfirmātem dic. yhs ergo fremés. ex h̄ eniꝫ ꝙ xp̄s fremuit: ꝛ in se dispónes varias sentire voluit ꝯfirmauit intrinsecū qué hébat effectuz ¶ Q.ᵐ ad 2ᵐ dic. erat āt spelūcha ꝛc. xp̄s ei volés actóez q̄rere vt ꝯsolabil'r loq̄ret́ sorores aliq̄d p̄cepit. ꝙ v̄r Marthe incongruū ꝑꝑ ip̄a r̄ndit. pꝰ cuiꝰ r̄nsióez xp̄s ip̄az istrués ꝯsolat́. Sꝫ h̄ igit́ h̄ q̄ttuor ꝯsiōra. s.
Jussioné impantem.
Rn̄sioné appenté.
Instructóem dirigentem.
Deuotóem exequentem.
¶ Quantum ad primum dicit. erat spelūcha ꝛc. Nam in partibꝰ illis ꝑ sepulturis hominum. habebant cauernas ad modum spelunche. In cauerna autem erat foramen vnū per quod imponebat́ corpꝰ

q foramen lapide claudebat. hunc lapidē xps pcepit amoueri. licet potuisset manente lapide vel solo verbo h facere. tamen facere noluit. sed iussit amoueri lapidem vt sic secundum Criso. Accessus ad spelūcā 7 amotio lapidis ostenderet esse Lazarum 7 nō alium qui resuscitabat a xpo. ¶ Quantū ad responsionem apparētem dicit. Dic ei Martha 7c. vbi Teo^m h aūt Martha tanq diffidens dicit veluti impossibile credens posse resuscitari ob dierum diuturnitate. scdm autem Bedam hec verba non fuerunt disperationis sed admiratiōis. ¶ Quantū ad instructōem dirigentē dicit. Dicit ei yhs 7c. vbi theo. Christus autem rememorat mulieri eadem verba de quibus cōtulerat 7 pene 7 obliuiscenti loquit in verbis que xps hic dicit inuitur q eadez est gl'a patris 7 filij. Nam supradixerat discipulis q infirmitas Lazari nō erat ad mortem. sed vt glorificet filius p eam. h autem dic Marthe videbis gloriam dei. s. pris. q. d. bm Cris. Non glorificet filius nisi pr glorificetur. ¶ Quantū ad deuotiōem exequētem dicit tulerunt ergo lapidem. Nam astātes volentes iperiū xpi pficere velud deuoti lapidem amouerūt. ¶ Quātū ad tertiuz dicit yhs autem elleuatis 7c. xps eniz existens dus 7 homo orat 7 gratias agit. vt deus autem vocat 7 resuscitat 7 liberum iperat dimittēdum. 7 secunduz h hic. s. possumus ↄsiderare. s.

Modum cōuenientem.
Causam inducentem.
Uocem excitantem.
Hominem resurgentem.
Dominum iperantem.

¶ Quantū ad primū dicit yhs autez 7c. Nam per orationem 7 gratiarum actiōez xpi dat nob intelligere q beneficia debemus a deo petere cum gratiarū actione 7 oratione deuota. ¶ Quantū ad causaz inducentez dicit, ego autem sciebam 7c. Naz xps quia deus erat non indigebat sed cā que induxit eum adorādum fuit vt populus videns cōuerteretur ad fidez, ideo dicit ego autem sciebam 7c. ¶ Quantū ad vocem excitantem dicit h cum dixisset 7c. xps eniz sua virtuosa voce Lazarū de monumēto vocauit. 7 ipz resuscitauit vt sic illa fuerit vox d qua ps. Uox domini i virtute vox domini i magnificentia. ¶ Quātum ad hominem resurgentem dicit 7 statim prodijt 7c. exijt autem ligatus vt dic Criso. vt nō putaretur esse fantasma sed h exhibat ligatus non minus videbatur esse q suscitare. ¶ Quantū ad dominum imperantem dicit. Dicit enim yhs solui te 7c. vbi Criso. dicit soluite eum vt. s. tangentes 7 ei appropinquātes videāt quia vere est ille. ¶ Sciendum est autez circa totum istud miraculum loquendo moraliter q in isto miraculo tangunt qttuor. s.

Lazarus indigens.
Xps cōpatiens.
Sorores deprecantes.
Discipuli obsequētes.

¶ Quantū ad Lazarum indigentē. sciendum est q per Lazaruz peccator intelligitur cuius ratio est quia Lazarus interpretatur adiutus a domino 7 licet d se possit cadere tamen de se nō potest a peccato resurgere nisi specialiter a domino adiuuet vnde ps. In persona peccatoris dicit. Nisi quia dominus adiuuit me paulominus habitasset in inferno anima mea. ¶ De lazaro autem significātem peccatorem multa dicuntur videlicet. Quod languidus. Quod erat infirmus. Quod dormiebat. Quod fuit mortuus. Quod fuit sepult9. Quod erat quatriduanus. Quod erat fetidus. Quod fuit sub lapide clausus. Qd erat ligatus manus. Quod erat ligatus pedes. Quod facies erat sudario velata. in peccatore autem possumus considerare scilicet.

Temptationem inducentem.
Delectationem demulcentem.
Assensum interpretatiuū detinentē.
Cōsensum debilitatū adherētem.
Exteriorem actum ꝯsequentem.
Cōsuetudinē malam inclinātem.
¶ Propter Primū dicitur peccator infirmus. Propter scōm dicitur languidus. Propter tertiū dicit dormiens. Propter quartū dicitur mortuꝰ. Propter quintū dicitur sepultus. Propter sextū dicitur q̄triduanꝰ. ¶ Primo igitur in peccatore considera tēptationem inducētem. ꝓpter q̄ dicitur peccator infirmus. qr sicut infirmus est debilis in viribus naturalibꝰ sic peccator per peccatū fit debilis ad resistēdum tēptationibus ideo oꝫ dicere cū ps. Miserere mei dñe quoniā infirmus sum. ¶ Secundo ꝯsidera delectatōē demulcētē propter q peccator dr̄ languidus. Nā sicut languidꝰ cogitat hr̄e aliqua in qbꝰ delectari possit vt langorem contēperet sic peccator ad̄missis tēptationibus delectat. vt consulendo dr̄ peccatori Eccli.18. Añ langorem ꝑpara medicinā.i.añ delectatiōē resiste fortiter tēptationibꝰ vitiosis. ¶ Tertio cōsidera assensū interpretatiuū detinētem. ꝓpter q dr̄ peccator dormiens. Nam sicut dormiēs a somno detinetur sic peccator al'n detinetur in delectatione sensuali peccati licet nūdū perueniat ad opus p deliberatū consensū ꝛ talis dr̄ sēsus iterpretatiuꝰ. ¶ Quarto ꝯsidera cōsensum deliberatū adherētē. ꝓpter q̄ dr̄ pccōr mortuus. Naꝫ sicut homo dicitur mortuus quādo vitaꝫ amittit sic peccator deliberatiue ꝯsentiēs peccato amittit gratiam diuinam que dicitur vita spiritualis anime mortuus dici potest vt verificet̄ d̄ ipso illud.4.Re.4. Ecce puer mortuꝰ iacebat in lectulo.s.corporis. ¶ Quinto cōsidera exteriorē actum cōsequentem pp q peccator dr̄ sepultꝰ. Nā sicut sepultꝰ tenet̄ in sepulchro sic peccator postq̄ cōsumauit pccm̄ in oper̄ captiuꝰ a dyabolo detinetur de talibus dr̄ Eccli. Vidi ipsos sepultos qui etiā cū adhuc viuerēt in loco sancto. ¶ Sexto cōsidera cōsuetudinem malam inclinātem. ꝓpter q peccator dicitur quatriduanꝰ. Nam p quattuor dies qbꝰ dr̄ peccator mortuus intelligit̄ cōsuetudo peccādi. vel p quattuor dies itelligunt̄ q̄ttuor de qbus Augu.8.cōfess. dicit ex voluntate puersa facta est libido. ꝛ dū seruit̄ libidini facta est ꝯsuetudo ꝛ dum cōsuetudini nō resistit fcā est necessitas. ¶ Peccatorem aūt sic ꝓfundatum in vitijs quinq; secunt̄ dispēdia. Primū est q ē fetidꝰ p īfamiā. Secundū est q ē lapide clausus p īpenitētiam. Tertiū q hꝫ ligatas manꝰ p defectum operatiōis virtuose. Quartū q habet ligatos pedes per defectū dilectionis amorose. Quintū q habet velatā faciem p d̄fectum visionis glōse. ¶ Primo est fetidus p infamiā. Nam sicut res fetida malum odorē emittit sic peccator publicus malam famā infundit ꝛ etiā in aliquos alios al'n suis malis exēplis corrūpit Cor.15. Corrūpunt bonos mores colloquia praua sic etiā mala fama multoꝝ. corrūpit audientes. ¶ Secūdo est lapide clausus per ipenitentiam: nam sicut ille q est lapide tumulatꝰ nō potest prodire exterius. sic peccator cōsuetudinarius impenitens efficitur quia sua peccata deprimere per ꝯfessionem contēnit non aduertēs cominatiōem sibi factam ab aplō ad ro.2. secundū duritiam tuam ꝛ impenitens cor tuū thaurizas tibiipsi in die ire ꝛ reuelatiōis iusti iudicij dei q reddet vnicuiq; secundū opera sua. ¶ Tertio habet ligatas manus per defectū operationis virtuose. nam per manus intelligunt̄ opera igitur sicut homo habēs ligatas manus facere non potest aliquod opus: sic peccator cōsuetudinarius non potest meritorie operari ꝛ ideo sibi dicitur ve ꝛ ve duplici corde ꝛ labijs celestis ꝛ manus male

facientibus ꝛ peccatori terrā ingredienti duabus vijs. ¶ Quarto ligatus pedes per defectū dilectionis amorose: nam per pedes quibus homo mouet ḋ loco ad locū intelligitur dilectio qua quis spiritualiter in alium tendit pedes dicitur quis habere ligatos qui nec deū nec proximū diligere meritorie potest vt sic verificet de ipso illud Job.18. Immisit in rete pedes suos ꝛ i maculis eius ambulat tenebitur planta eius laqueo ꝛ exardescet contra eum sitis. ¶ Quinto habet faciem vellatam per defectum visionis gloriose. nam per faciem in qua principaliter viget sensus intelligitur visio vel cognitio quam habemus de deo per fidem dum in hoc mundo viuimus ꝛ clara contéplatio quā in futuro expectamus sicut igitur habens vellatam faciem non potest videre clare sic peccator impenitens nunq̄ꝫ diuinam gratiam vel faciem poterit intueri iuxta illud Is.50 Iniquitates vestre diuiserūt inter vos ꝛ deum vestrum. ꝛ peccata vestra abſconderunt faciem eius a vob.

¶ Quantum ad quartum cōpatientem sciendum est ꝙ circa cōpassionem q̄ꝫ xp̄s ostendit Lazaro ꝛ sororibus.7. possumus considerare.s.

Ipsum veniētem ex bonitate.
Se turbātem ex voluntate.
Plorantem ex pietate.
Precipiētem ex auctoritate.
Rogantem ex humilitate.
Clamanteꝫ ex viuacitate.
Resuscitāteꝫ ex potestate.

¶ Primo venientem ex bonitate quia dicitur ꝙ venit yh̄s ex quo aduētu datur nob intelligi aduentus suus benignissimus quo dignetur quantum est ex se ad peccatorem venire. Nā ipse dicit Luc.5. Nō ei veni iustos vocare sed peccatores ad penitentiam. ¶ Secundo considera yh̄m se turbantem ex voluntate quia infremuit spiritu ꝛ turbauit seipsum per quod dat intelligi inuitatio interior que debet esse in peccatore volente per gratiam suscitari: nam debet turbari voluntarie non coacte de peccatis preteritis pterendo vt dicere possit illud ps. Anxiatus est super me spiritus meus ꝛ in me turbatum est cor meum. ¶ Tertio cōsidera yh̄m lachrimātem ex pietate quia lachrimatus est per quod potest intelligi planctus quem peccator debꝫ habere de sua consideratōe peccati iuxta ꝙ anime peccatrici dicit Jere.6. Filia populi mei accingere cilitio ꝛ aspgere cinere luctum vnigeniti fac tibi plāctum amarum. ¶ Quarto cōsidera yh̄m precipienteꝫ ex auctoritate. quia dixit tollite lapideꝫ. Nam duplex est lapis tenēs peccatorem clausum ne exeat a peccato. primus est inordinata spes de diuina misericordia que potest vocari presumptio. Secundus est confitendi verecūdia que est indiscretio. Primo debet amouere considerādo diuinam iusticiam in malos puniendo. Secundo considerando finalem verecundiam. ¶ Quinto considera Christum rogantem ex humilitate quia orauit. ꝛ gratias egit deo patri ad ostendendum ꝙ si aliquid volumus a domino impetrare debemus ipsum humiliter exorare. post receptum vero beneficium sibi gratias referre. ¶ Sexto considera Christum clamantem ex viuacitate. quia clamauit voce magna Lazare veni foras. Nam per istum clamorem vno modo intelligitur clamor ipsius quo peccatores vocat ad penitentiam. Alio modo clamor peccatoris quo debet clamare ad dominum misericordiam postulando. d. cum ps. Domine exaudi orationem meā ꝛ clamor meus ad te veniat. ¶ Septimo considera Christum resuscitāteꝫ ex ptāte quia statim pdijt qui fuerat mortuus. Naꝫ vox clamoris xp̄i fuit tante potētie ꝙ ad

ipsam statim Lazarus resurrexit ꝑ ꝙ daẗ
intelligi ꝙ peccatoꝛ vocatꝰ a dño non dꝫ
esse piger nec negligēs. sed solicitus vt a
peccato resurgat. ꝯ. illud. i. Re. 3. Ecce ego
q: vocasti me. ¶ Licet aũt deus pius sic
vocat peccatoꝛē vt exeat ꝺ monumēto pec
cati tñ multi sunt qui contēnunt exire de
qbus ꝯqueritur per ps. Non audiuit po
pulus meus vocem meā ⁊ Isrl' nō intēdit
mihi ⁊. 2. Prouer. i. Uocaui uos ⁊ renui
stis. extendi manũ meam ⁊ nō fuit q aspi
ceret. sed qualem vltiōem faciet ꝺ talibꝰ
dñs fuit figuratũ Iob. 10. vbi diciẗ sīial'r.
Quod qnque reges pugnauerũt contra
Iob. ⁊ fugientes abscōdissent se in spelũ
cha feč eos educi quos postmodũ suspen
dio interfecit. ¶ Ubi sciendũ. ꝙ ꝑ Iob. q
saluatoꝛ interpꝛetaẗ intelligiẗ xp̄s hũani
generis saluatoꝛ ꝑ qnque aũt reges intel
ligunẗ hoīes regētes se. 5. sensibus coꝛpo
ris ꝫm delectatōes ipsoꝝ viuentes vt sic
5. sensus sint. 5. iuga bouũ ꝓpter q̇ excu
sauit se ille ne iret ad cenam magnā Luč.
14. Quia tl's a cena celestis p̄ric penitus
excludenẗ tl's dicunẗ ꝯtra Ios. i. xp̄m pu
gnare q: sibi in suis ꝯpibus cōtradicunt:
dicunẗ etiam fugere a facie Iob. ꝑsequen
tis quia secunẗ ꝺsideria sensuũ ꝓpter ꝙ
xp̄s ꝑsequitur lꝫ autem peccatoꝛes se cre
dant abscōdere tñ veniet tēpus in die iu
ditij. ꝙ xp̄s de spelũchis. i. de sepulchꝛis
extrahi faciet qñ moꝛtui resuscitabunẗ re
dituri ꝺ factis ꝓprijs rationeꝫ quos xp̄s
instar Iob. ꝓpter eoꝛum scelera cōdēna
bit ad ꝑpetuam moꝛtem vt sic cuilibet tl'i
dici possit illud Is. 14. Tu āt pꝛoiectꝰ es
de sepulchꝛo tuo quasi stirps inutilis sič
sane polutus ⁊ inuolutus cũ his qui iter
fecti sunt gladio ⁊ descēderunt ad funda
menta laci. ¶ Cōsiderans punitiōeꝫ tam
terribilē miś peccatoꝛ dꝫ dum hꝫ peniten
di spaciũ ad dñm se cōuertere dicendo cũ
ps. Eripe me de luto vt nō infingar: libe
ra me ab his qui oderũt me ⁊ de ꝓfundis
aquarũ non me demergat tēpestas aque
neqꝫ absoꝛbeat ꝓfunduꝫ neqꝫ vrgeat sup
me puteus os suũ vnde Aug. Si cecidisti
o homo nō claudet sup te puteũ os suũ si
tu nō clauseris os tuũ sed cōfitere ⁊ dic ꝺ
pꝛofundis clamaui ad te dñe. dñe exaudi
vocem meā. ¶ Quantũ ad soꝛoꝛes depꝛe
cantes quattuoꝛ possumus ꝯsiderare. s.
Nā nũciant festinanter.
Occurrũt reuerenter.
Expꝛimũt diligenter.
Ploꝛant euidenter.
¶ Nam pꝛimo nũciant festināter q: stati
miserunt. ꝺ. ecce quem amas infirmaẗ. nā
per istas duas soꝛoꝛes mittentes ad xp̄m
per Lazarũ intelligunẗ duo q̇ debent esse
in peccatoꝛe si vl't perfectaꝫ recipere sani
tatem. s. de cōmissis ꝯtrictio de futuris ꝓ
uisio. Nam maria vno modo interpꝛetaẗ
amara ⁊ signat cōtrictionem ⁊ amaritudi
nem q̄ꝫ ꝺ cōmissis dꝫ habere peccatoꝛ vt
sic dicat illud Iob. x. Loquar in amaritu
dine anime mee dicā deo noli me cōdēna
re. ¶ Martha vero vno modo interpꝛe
tatur dña ⁊ signat ꝓuisionem q̄ꝫ peccatoꝛ
dꝫ habere q̄ꝫtũ ad peccata futura vt pos
sit solertius euitare ꝙ qdeꝫ fit pꝛincipal'r
quādo sensualitati ratio dominaẗ si ergo
peccatoꝛ penitens cōtritus ⁊ pꝛouidus ꝺ
futuris habeat recursum ad xp̄m merebi
tur liberari iuxta ꝙ figuratiue dr̃. 4. Re.
14. Uidit dns afflictiōem Isrl' amaram ⁊
saluabit eos. ¶ Secũdo occurrũt reuerē
ter quia vt audierũt aduentũ xp̄i occurre
runt illi ꝑ quarum occursum solicitũ daẗ
intelligi. ꝙ homo qñ xp̄s venit ad ip̄m ꝑ
inspiratōem internā vel admonitōem ex
ternā debet solicite sibi occurrere. ⁊ si sen
tiat se offendisse in aliquo dꝫ hũiliter cul
pā cognosceẗ ⁊ veniā postl'are. ¶ Tertio
expꝛimũt diligenter. Nam ambe dixerũt
dñe si fuisses hic ⁊c. Naꝫ in p̄sentia nullꝰ
spiritualiter moꝛitur. q: cuꝫ ip̄e sit via ve
ritas ⁊ vita Io. 14. In p̄senti vita nullus

Moritur.p̄nte xp̄o nullus p̄ot mori. sed si
xp̄s recedit statim moritur q: caret vita.
vnde Maximus in quodā sermone .dicit
enim Apo. In interiorem hoiem hitarem
xp̄m per fidem in cordibus vestris. pma
nente itaq3 fide permanet in homie xp̄s
discedente fide discedit ab homine xp̄s.
discedente xp̄o discedit ab homine vita.
¶ 4° plorant euidenter. q: Christus vi
dit eam plorantem.s.Mariam. per plan
ctum āt istarum intll'r planctus quem hō
deb3 hr̄e vel assumere qn̄ se sentit peccas
se .vnde ps. Venite adoremus ⁊ procida
mus ante deum.ploremus coram domino
qui fecit nos. ¶ Quantum ad discipl'os
obsequētes dicit.ꝙ yh's dixit eis.ꝙ solue
rent ligatum Lazarum.⁊ sinerent abire p
ꝙ datur intelligi xp̄i bonitas ⁊ liberali
tas qui non solum sibi retinuit ministeri
um.l3 ipe absoluat principaliter.⁊ suis mi
sterijs concessit.vnde Alcimi⁹. xp̄s ergo
suscitat.q: interi⁹ per seipsu3 viuificat sol
uunt discipuli.q: per misteriu3 sacerdotū
absoluunt viuificati.⁊ hoc est ꝙ xp̄s dicit
discipulis Math.18. Amē dico vob quod
cunq3 ligaueritis super terram erūt liga
ta ⁊ in celo.⁊ quecunq3 solueritis sup ter
ram erunt soluta in celo.

Sexta pars.

Sequitur. Multi autē ex iudeis qui venerant ⁊c. vbi tāgit ⁊c. ꝙ pbat ⁊c.xp̄s enim superius qn̄
gras egit patri dixerat propter populum
qui circūstat dixi vt credant : quia tu me
misisti.⁊ illō euangelista s̄m Orig. vt ve
rum ostendat verbum Christi dicit. mul
tos credidisse in Christum.quante aute3
vtilitatis sit in Christum credere. audi
quid dicitur Math.16. Qui crediderit ⁊
baptizatus fuerit saluus erit. Unde Jo.
20. Multa quidem ⁊ alia signa fecit yh's
in conspectu discipulorum suorum que n̄
sunt scripta in libro hoc.hec aute3 scripta
sunt vt credentes vitam eternam hēatis
in nomine eius. Ad q3 ⁊c.

¶ Sabbato dominice quarte in.xl°.

Ego sum lux mundi. Jo.8.
Quattuor sunt inter alia p
pter que aliqs preponitur
alijs imittandus.¶ P^m ē
exemplaritas virtuosa ⁊ h
modo senex pponunt iuuenibus: q: rōne
senectutis debent ēt magis virtuosi esse
⁊ per consequēs exemplares. ⁊ de hoc dr̄
p̄ma pe.2.xp̄s passus est pro nobis.nobis
relinquens exemplum : vt sequamini ve
stigia eius.¶ Secundum est veritas lu
minosa:⁊ hoc modo proponunt magistri
⁊ iudices ⁊ ceteri litterati nescientibus:
q: ratione sapientie debēt melius cogno
scere veritatem.⁊ s̄m hoc dicitur Math.
8.ꝙ quidam dixit xp̄o.magister sequar q̄
cunq3 ieris.¶ Tertium est nobilitas ge
nerosa.⁊ hoc mō proponunt nobiles igno
bilibus.⁊ per oñs ds omnibus.⁊ s̄m hoc
dr̄ Deutero.13.Dn̄m deum vr̄m sequmini
⁊ eum timete.¶ 4^m est ptās vigorosa . ⁊
hoc mō pponunt rectores sbditꝭ.⁊ s3 hoc
dr̄ deutero.17.Facies quecunq3 dixerint
qui presunt in loco quem elegerit deus se
querisq3 sniam eorū:nec declinabis ad dex
teram vel ad sinistram . Christus sibi vt
oñdat nob ꝙ ipm obem⁹ seq ⁊ ipe pceder
In hoc eua° ð seipo tāgit pdcā.4.s.
Claritatē oia illustrātē.
Veritatē oia discernētem.
Dignitatē oia pcedētem.
Ptātem oia disponētem.
¶ Primum probat refulgētia specl'aris
Secundum sapiētia magistral'.Tertium
prosapia supernalis. Quartum presiden
tia virtualis. Primum in principio. Se
cundum ibi dixerunt ergo pharisey ⁊c.
Tertium ibi dicebat ergo ei ⁊c. Quartu3
ibi vbi est pr̄ tuus ⁊c.

Prima pars.

q Uantũ ad primũ vbi tangit ꝛc. ꝙ probat ꝛc. dicit. Ego sum lux mundi ꝛc. Ubi Christus sic arguit. Lux que tenebras fugat. ⁊ lumen vite prebet est vtilis toti mundo. Sed ego fugo generaliter tenebras ⁊ lumen vite prebeo. ergo ꝛc. Hic autem tria possumꝰ considerare. s.

Lux essentialis intensiue.
Lux generalis extẽsiue.
Lux vtilis effectiue.

¶ Quantum ad primum dicit. Ego sum ꝛc. Nam q: ipse lux per essentiam ⁊ ꝑ participatiõem dic. Ego sum lux mundi. non ãt dic in me habitat lux. ¶ Quantum ad secundũ dic mũdi. Nam xp̃s nõ est missus ad vnã patriã solũ: sed generalr̃ ad totum mundũ saluandũ. iuxta ꝙ dixerãt Samaritani Jo. 4. Ipsi enim audiuimus ⁊ scimꝰ q: hic est vere saluator mundi. vt sic dici possit de ip̃o illud Ecclẽi. 43. Spẽs celi glĩa stellaꝝ mundũ illuminãs in excelsis dñs. ¶ Quantũ ad tertiũ dic. q sequitur me ꝛc. Nam vtilitas huius lucis est ꝙ q sequit̃ illam habꝫ vitam eternam: que dr̃ lumen vite. vnde Augu. hec verba domini cum verbis p̃s. concordant. In lumine tuo videbimus lumen quoniam apud te est fons vite. ¶ Sciendum est autẽ circa istã ptẽ loquẽdo spũalr̃ ꝙ lux est.

Letificatiua merẽtium.
Dirrectiua errantium.
Fecũdatiua terrestrium.
Consciliatiua distantium.

¶ Sic Christus instar lucis letificat mestos. Dirigit deuios. Fecundat aridos. Conciliat dispersos. ¶ Primo lux est letificatiua merentium. Nam videmus ꝙ hoies existẽtes in tenebris sunt tristes i luce võ letant̃. pp ꝙ dr̃ Ecclẽi. ij. Dulce lum̃ ⁊ delectabile ẽ oculis vider̃ solẽ. Instar cuius xp̃s letificat mestos. i cuiꝰ signũ dixit ãgelꝰ in nat. eius. Euãgelizo vob̃ gaudiũ magnũ ꝙ erit omni pplõ. Luc. 2. ¶ 2° lux est dirrectiua errantium. Nã videmus ꝙ hoies de nocte errant: d die vero nõ: quia luce melius diriguntur: propter ꝙ dic dominus Jo. 5. Si quis ambulat in die non offendit: q: lucem huius mundi videt. si autem ambulat in nocte offendit. q: lux non est in eo. Instar cuius xp̃s dirigit deuios. vnde cuilibꝫ dr̃ ꝓuer. 3. In omnibus vijs tuis cogita illum ⁊ ipse diriget gressus tuos. ꝙ cognoscẽs p̃s. dic. gressus meos dirige ſm elo. tuum ⁊ non dominent̃ mei omnis iniusticia. ¶ 3° lux ẽ fecundatiua terrestriũ. Nam videmꝰ terre exposite magis radijs solaribꝰ sunt maioris fertilitatis. Instar cuiꝰ xp̃s fecũdat aridos In cuius signum ipse dicit. Jo. 3. Ego sum vitis vos palmites q manet in me ⁊ ego in eo h̃ fert fructum multũ: q: sine me nihil potestis facere. ¶ 4° lux est ↄ̃ciliatiua distantium. Naꝫ videmus ꝙ lꝫ oia corpora mixta sint ex quattuor elementꝫ contrarijs. quorum ignis est calidus: ⁊ aqua frigida. aer humidus. ⁊ terra sicca. tñ virtute lucis ⁊ influentia corporum celestiuꝫ manent simul. Instar cuius Christus cõciliat dispersos. in cuius signum dr̃ coll̃. 1. In ip̃o complacuit deo patri omnem plenitudinem habitare ⁊ per eum reconciliare omnia in ipso pacificans per sanguinẽ crucis eius. siue q̃ in celis siue q̃ in terris sunt. Nam cum hominibus terrenis sit pugna perualida. quia secundum Apo. galat. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum. ⁊ spiritus aduersus carnem. h̃ enim sibi inuicem aduersantur vt non quecũqꝫ vultis faciatis. quia vero ſm sententiam Christi Math. 26. Spiritus quidem ꝓmptus est. caro autem infirma. hinc est ꝙ caro inclinat hominem ad luxuriam ⁊ q libet sensus corporis ad suum obiectum delectabile. vt visus ad pulchra ꝛc. ⁊ hoc est ꝙ plorans apostolus Ro. 7. d. Uideo aliam legem in membris meis repugnan

tem legi mentis mee. ꝛ captiuantem me in lege peccati que est in membris meis. Infelix ego homo quis liberabit me de corpore mortis huius. ꝛ subdit soluendo. gratia Christi per Jesuz Christū dominū nostrum. ¶ Ultra vero istum hostez habet homo mundū inclinātē ipsuz ad auaritiā. ꝛ dyaboluz ipsum inclinantem ad superbiam. ꝛ sic homo duz viuit est in cōtinua pugna. nec in alio q̄z i Christo potest habere pacem. Unde Christus Johan. 17. Hec loquutus sum vobis vt in me pacez habeatis. De hac igitur luce sic proficua s. Christo. deus pater dedit Is. 40. Dedi te in lucem gentium vt sis salus mea vsq̄ ad extremum terre. ¶ Licet autem deus filium suum in mundū tanq̄z lucem miserit audi quid ipse Christus dic̄ Jo. 13. Lux inquit venit in mundum ꝛ dilexerunt homines magis tenebras q̄z lucem cuius causaz assignans subdit. Erant eniz opera eorū mala. Omnis eniz qui male agit odit lucem. ꝛ non venit ad lucē vt arguantur opera eius. Quattuor eniz sūt inter alia que oculuz corporalē impediunt ne possit clare videre. s.

Vaporꝫ elleuatio.
Mediorꝫ alteratio.
Neruorꝫ separatio.
Humorꝫ congregatio.

¶ Sic animā impediunt ne possit spiritualez lucez videre. Superbia tumens. Vanagloria complacens. Auaritia distrahens Luxuria inficiens.

¶ Primo oculū corporalem ipedit ne possit clare videre vaporuz elleuatio. Naz multotiens propter nimiā comextionem ꝛ potum vel alia causa vaporis ascēdunt ad oculum: ꝛ ipsum obumbrant: ita ꝙ bene videre non potest. Instar cuius animam impedit ne possit lucem spiritualem videre. superbia tumens. Nam quia nullus potest Christum videre nisi sit in gratia quam superbi non habent qui ad moduz vaporꝫ volunt semper i altuz ascendere. deuz videre non possunt. sed tantū humiles ꝛ deuoti. Nam iuxta illud Jaco. 4. superbis deus resistit humilibus dat gratiam. Unde Tob. filio suo Tob. 5. vel quarto. superbiam in tuo sensu nunq̄z aut in tuo verbo dominari permittas. In ipsa enim initium sumpsit omnis perditio. Unde Isa. 2. Dies domini super omnem superbum ꝛ arrogantem ꝛ humiliabitur. ¶ Secundo oculum corporalem impedit mediorum alteratio. Nam si inter oculum ꝛ rem visam albam interpōatur vitrum rubeum vel viride vel alterius coloris res illa videbitur eiusdem coloris cum vitro. Instar cuius animaz impedit vanagloria complacens. Nam quia nullus potest deum videre nisi sit deo acceptus quod nō sunt vanagloriosi qui ad modum diuersorum mediorum in diuersis rebus mundanis diuersimode gloriantur de quibus Judith. 6. Presumentes de se ꝛ de virtute sua gloriātes humiliās. ideo vanagloriosi deum videre non possunt. ¶ Tertio oculum corporalē impedit neruorum separatio. Nam quilibet oculus habet vnum neruiculum deferentem speciem receptam in oculo vsq̄ ad sensum cōmunem. ꝛ isti neruiculi se tangūtur i medio duorum oculoruz. Et ideo propter istum cōtactum licet in quolibet oculo recipiatur species ita quod in duobus oculis sunt due species tamen sensum cōmuni representantur vt vna: Si tamen vnus illorum neruiculorum in loco contactus separetur ab alio tunc quilibet illorum representat speciem sui oculi ꝛ representāt due species: ꝛ tunc vna res videntur esse due. ¶ Instar cuius animam impedit auaritiam distrahens per q̄z homo separatur a deo: ꝛ iō dixit xp̄s Luc̄. 12. Uidete ꝛ cauete ab oi auaritia. q: n̄ i habūdātia ei9

q̄z vita est que possidet. Istud aūt consilium male tenent homines non aduertentes illud domini.d.Is.47. Propter iniquitatem auaritie eius iratus sum ꝛ percussi eum. ¶ 4ᵉ oculum corporalem impedit humor cōgregatō. Nā qñ aliq humores cōgregant circa pupilam oculi: tunc impediunt oculum ad vidēdum. Instar cuius aiam impedit luxuria inficiens per q̄z homo bestialis efficit ꝛ imundus. ꝛ talis non potest deum videre. q: a talibus blasphematur. q: iuxta illud.2.pe.2. Multi sequunt eorum luxurias per quos via veritatꝫ blasphemat. quibus iudicium iaꝫ olim non cessat ꝛ perditio eorum non dormitat. ¶ 2° sciendum est quantum ad tenebras ꝙ triplicem inuenio tenebraꝫ .s.
Culpe inficientis spūal'r.
Ignorantie excecantꝫ mentaliter.
Pene affligentꝫ eternaliter.
¶ Ab istis āt tenebris xp̄s q est lux educit reformando per suam gratiā. Illustrādo per suam sapientiam. Quietando per suam gloriā. ¶ Primo inuenio tenebras culpe inficientꝫ spūal'r. Nam culpa est quedam macula in anima ipsam faciens tenebrosam. vnde de peccōribus dicit prouer.2. Dereliquerunt iter rectum ꝛ ambulāt vias tenebrosas. Ab istis tenebris deᵘ peccatorem educit per suam grām reformādo. vt sic reformatus possit dicere Illud Jo.13. Tenebre transierunt ꝛ lumen verū iam lucet. ¶ Secundo inuenio tenebras ignorantie excecantꝫ mental'r: in qua homo cadit per peccatum. vnde ps. Nescierunt neqꝫ intellexerunt in tenebris ābulant. Ab istis tenebris Christus peccatorem educit ad lucem. Illustrando per suam sapientiam. Unde Ephe.6. Eratis eiꝫ aliquando tenebre: nunc autem lux in domino vt filij lucis ambulate. ¶ Tertio inuenio tenebras pene affligentis eternaliter. quia propter peccatum acquirit penā eternam. vbi sunt tenebre sine luce. Unde in persona peccatorum dicit psalmista. Posuerunt me i lacu inferiori in tenebrosis ꝛ in vmbra mortis. ¶ De istis Christus ne illuc hominem vadat: liberat si vult conuerti ad penitentiam quietando per suam gloriam. ꝛ hoc est ꝙ alloquens nos fideles beatus Pe. in canonica sua dicit. Uos autem genus ellectum regale sacerdotium gens sancta populus acquisitionis vt virtutes eius narretis qui d̄ tenebris vos vocauit in admirabilem nom̄ suum. s. glorie. ¶ Tertio sciendum est ꝙ ad sequi Christum tripliciter debemᵘ cū sequi. s.
Per paupertatem: mundum despiciēdo.
Per humilitatem: prompte obediendo.
Per puritatem: hōeste ꝯuersando.
¶ Primo per paupertatem mundum d̄spiciendo. Exemplo apostolorum in quorum persona dixit Petrus decio math. Ecce nos reliquimus omnia ꝛ sequuti sumus te. ¶ Secundo per humilitatem prompte obediendo. In cuius signum dicitur Johan.21. quod Christus dixit Petro sequere me. ¶ Tertio per puritatem honeste conuersando. In cuius signuꝫ dicitur Apoc.14. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati. virgines eniꝫ sunt ꝛ sequuntur agnum quocunqꝫ ierit. ¶ Unde ad ista tria siml' dicit Christus Luc.9. Si quis vult post me venire abneget semetipsum per humilitatem. s. ꝛ obedientiam. tollat crucem suam. carnem macerando per castitatem ꝛ pudicitiam ꝛ sequatur me per paupertatem ꝛ penuriam. ¶ Ista sequella q̄z Christum debemus sequi fuit figurata Judic.9. Ubi sentētialiter dicitur. Quod cum Abimelech vadens ad pugnam cōtra suos aduersarios ascendit in montem Selmō. ꝛ ibi abscisuꝫ ramum arboris portabat in humeris suis. d. populo ꝙ me videritis facere cito

facitē. quia precidentes ramos de arbori bus imponentes que suis humeris seque bantur ducem. ¶ Ubi sciendum ꝙ per Abimelech qui interpretatur pater me us rex intelligitur Christus Jesus deus ⁊ homo qui pater noster dicitur. quia per ipsum sumus creati. quia iuxta illud Jo. primo. Omnia per ipsum facta sunt ⁊ si ne ipso factuꝫ est nihil. Qui est pater mi sericordiarum ⁊ deus totius consolatõis qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. 2. cor. ij. Iste dicitur iuisse ad pu gnam quando voluit contra dyabolum inimicum humāi generis in ligno crucis pugnare. Per montem autem Selmon qui interpretatur pax: intelligitur ciuitas Jerusalem. Ad quam Christus ascendit. iuxta illud quod Christus predixit Luc. 18. Ecce ascendimus Jerosolimam ⁊ consu mabuntur omnia que scripta sunt per pro phetas de filio hominis. Per ramum au tem arboris intelligitur crux qua Chri stus suis proprijs humeris deportauit. iuxta ꝙ de ipso dicitur Johan. 19. Quod baiulans sibi crucem exiuit in eum qui di citur caluarie locus. ¶ Portans autem sic crucem Jesus instar Abimelech horta tur nos. d. Sicut me videtis facere cito facite. quasi dicat. Sicut me videtis cru cem portare significantem penitentiam: ita ⁊ vos exhortor ad penitentiam. Exem plum enim dedi vobis vt quemadmoduꝫ ego feci ita ⁊ vos faciatis. Jo. 13. Ad cu ius admonitionem debet quilibet assume re: ⁊ ipsum sequi vt ducem. exemplo ppli sequentis Abimelech.

Secunda pars.

Equitur. Dixerunt ergo phari sey ⁊c. Ubi tangit veritateꝫ om nia discernentem. quod probat sapientia magistralis. Quia enim phari sey Christum ex malitia reprehendebant Ideo Christus tanquam prudens ipsorū insinuans ignorantiam dictum suum cui dentius manifestat. Secunduꝫ hoc igit̃ ꝭ quattuor ↄsidera. s.

Malitiam reprehendentem.
Sapiētiam declarantē.
Ignorantiā excecantē.
Sufficiētiam euidentē.

¶ Quantum ad primum dicit. Dixerunt ergo pharisey ⁊c. Nam pharisey existi mantes Christum solum hominem qui se dixerat lucem mundi. ⁊ qui sequebantur eum non ambulabāt in tenebris: sed habe bat lumen vite. tanquam maligni ⁊ inui di secundum Criso. Dictum suum calum niari volebāt. Ex hoc ꝙ de seipso dicebat Quod responsio videbatur aliquem colo rem habere ex illo ꝙ dicitur prouer. 27. Laudet te os alienum ⁊ non os tuum. ¶ Quantum ad secundum dicit. Respō dit Jesus ⁊c. vbi primo explicat intentõeꝫ suam. d. eis. Et si ego testimonium perhi beo de meipso. Secundo probat ꝭ dicēs ⁊ scio vnde venio ⁊ quo vado. Nam Chri stus erat dei filius missus in mundum ꝓ redemptione humani generis ⁊ redditu rus ad ipsum: iuxta ꝙ ipse dicit Johan. 16. Exiui a patre ⁊ veni in mundum. Ite rum relinquo mundum ⁊ vado ad patreꝫ ⁊ filius dei patris sit sapientia ⁊ virtus. ꝓ ma cor. 1. ⁊ de ratione sapientie sit omnia certitudinaliter cognoscer̃. hinc est quod Christus certitudialiter omnia nouit. ex his autem potest sic formari prima ratio Ille qui perfecte nouit deum a quo est ⁊ ad quem vadit potest vere testificari de seipso: quia cum deus sit veritas. de ve ritate venit: ⁊ ad veritatem vadit. Sꝫ ego scio vnde venio. quia a deo qui misit me. ⁊ a quo vado. quia ad ipsum redeo. ergo possum de meipso testificari. ¶ Secūdo sic. Ille vero potest testificari de seipso q

perfecte nouit seipsum . sed ego perfecte
me noui sciendo me principium.vnde ve
nio .⁊ medium finē a quo vado.ergo pos
sum vere testificari de meipso. ¶ Tertio
sic.Deus est sibiipsi sufficiens testis:quia
deus est lumen.luminis est autem mani
festare se ⁊ alia.Sed ego sum deus ⁊ dei
filius :quia scio vnde venio. quia a dō pa
tre.tanq̄ a principio originante:⁊ a quo
vado :quia ad ipsūmet tanq̄ ad finem ge
tantem.ergo possum d̄ meipso testificari.
¶ Quantū ad tertiū dicit.Vos nescitis
⁊c.vbi tria ꝯsidera .s.
Cognitōis carentia.
Probatōis euidentia.
Cōdictōis excellentia .
¶ Quantum ad primum dicit. Vos ne
scitis ⁊c.Licet iudei Christum lucem ve
ram presentem haberent tamen non illu
minabantur ab ipso propter eorum mali
tiam.Et ideo secundum Augu.Nō cogno
scebant ipsum dei filium, sed tantum pu
rum hominem reputabant . ¶ Quantū
ad probationis euidentiam dicit . vos se
cundum carnem iudicatis ⁊c. Ubi secun
dum Augu.Vos inquit secundum carnē
iudicatis ac si obiciat vos quoniā in car
ne sum .carnem me solam putantes : non
autem deum sed carnem infallibiliter iu
dicatis.¶ Quantum ad conditionis ex
cellentiam dicit. Ego non iudico quenq̄
⁊c.Nam quia Christus sciebat se verum
deum ⁊ hominem non solum loquebatur:
nec iudicabat de se vt de puro homine si
cut faciebant iudei.Et ideo secundū Au
gustinum.dicit non iudico quenq̄ .s. solū
secundum carnem.⁊ ideo addidit . ⁊ si iu
dico ego.¶ Sciendum est autem morali
ter loquendo ꝙ iudicium secundum car
nem iudicare quod sit viuendum secūdū
desideria carnis ⁊ mundi.Exemplo illoꝝ
impiorum de quibus dicitur Sap .2. Di
xerunt impij apud se non recte iudican
tes.Venite ⁊ fruamur bonis que sunt . ⁊
vtamur creatura tanq̄ in iuuentute cele
riter vio pretioso ⁊ vnguētis nos replea
mus ⁊ non pretereat flos temporis. coro
nemus nos rosis antequam marcescant .
nullum pratum sit quod non pertranseat
luxuria nostra ⁊ h̄ sors.Opprimamꝰ pau
perem iustum.⁊ non parcamuus vidue ⁊
nec reuereamur canos multi temporis .
¶ Que omnia reduci possunt ad diuiti
as.delitias :⁊ excellentias mundi.Sꝫ ta
men considera diuitias . Nam quantum
valent patet.tam in morte quam pꝰ mor
tem in morte remanet homo diuitijs
expoliatus.Unde Job.5. Nudꝰ egressus
sum de vtero matris mee ⁊ nudus reuer
tar illuc. Post mortem autem deducunt
hominem ad extremam penam ⁊ penuri
am.sicut patet de diuite Epulone . d̄ quo
dicitur Luč .16. Quod petijt ardens in
flāma aque gutam a Lazaro habere non
potuit.¶ Quantum autem valent carna
les delitie patet . Nam in morte corpus
delitijs nutritum deducitur ad vermium
comextionem.Unde Job.21. In puluere
dormient ⁊ vermes operient eos . ⁊ quid
post mortem dicitur Apoč.18. Quoniam
glorificauit se ⁊ in delitijs fuit.tantum da
te illi tormentum ⁊ luctum.¶ Quantum
vero valent mundane excellentie patꝫ qꝛ
in morte qui volebant alijs dominari
⁊ ab alijs honorari : ⁊ ceteros per super
biam pedibus suis subicere ab omnibus
conculcatur post mortem in infernum de
ducuntur . Unde omnes dicturi sunt illd̄
Sapientie quinto . Quid nobis profuit
superbia.aut quid diuitiarum iactantia cō
tulit nobis.transierunt omnia illa tanq̄
vmbra.In malignitate autem nostra con
sumpsimus.¶ Christus autem qui non
secundum carnem iudicat dat iudicium
iustum ⁊ verum.Unde quantum ad tem
porales diuitias dicit Math.sexto.Noli

te thesaurizare vobis thesauros in terra vbi erugo ⁊ tynea demolitur. ⁊ vbi fures effodiunt ⁊ furantur. ¶ Quantum ad carnales delitias dicit Luc. 21. Attendite autem vobis ne grauentur corda vestra in crapula ⁊ ebrietate ⁊ curis huius vite ⁊ superueniat in vos repentina dies illa. ¶ Quantum ad mundanas excellentias dicit discipulis Luc. 22. Qui maioꝛ est vobis fiat sicut minoꝛ. ⁊ qui precessoꝛ est sicut ministratoꝛ. ⁊ seipsum in exemplũ adducens. subdit. Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat. ¶ Quantum ad quartum dicit. ⁊ in lege vestra ꝛc. vbi primo adducit legis testimonium d. in lege vestra scriptum est. quia duoꝛũ hominum testimonium verum est. Ubi Crisostomus. In hominibus quidem ꝓpter hoc determinatum est ꝙ in oꝛe duorum vel trium testimonium stet omne verbum. quia vnus solus non est fide dign⁹ ¶ Secundo applicat ad propositum lex vestra approbat duoꝛum hominum testimonium qui decipi possunt. multo ergo magis. debet approbare testimonium meum ⁊ patris qui non possumus decipi. Nam sicut dicitur Numeri. 23. Non ē deus q̄ sit homo vt mentiatur. nec vt filius hominis vt mutetur.

Tertia pars.

Equitur. Dicebant ergo ei vbi est pater tuus ꝛc. Ubi tangit dignitatem omnia precedentem: quod pꝛobat sapientia supernalis. Nam iudeis querentibus a Chꝛisto de suo genere. Respondet eis implicite se filium dei: ⁊ vnum substantialiter cum p̄re. ⁊ ſꝫ hic tria ꝯsidera. s.

Interrogatōem malitie inuidentꝫ.
Expressionem ignoꝛantie excecantꝫ.
Ostensionem noticie declarantꝫ.

¶ Quantum ad primum dicit. Dicebāt ergo ei ꝛc. Nam quia Chꝛistus crebꝛo nominabat patrem quē ignoꝛabant esse deum. sed credebant purum hominem. ⁊ q̄a ipsum non videbant esse cum Chꝛisto. Ideo secundum Augustinum. Querebāt vt ostenderet eis patrem. Uel secundum aliquos. illa iudeoꝛum interrogatio fuit despectiua. quia reputabant eum filiũ fabꝛi. ¶ Quantum ad secundum dicit. Neq̄ me scitis neq̄ patrem meum. qꝛ Chꝛistus erat deus habens patrem deum. licet iudei Chꝛistum cognoscerent quātum ad humanitatem. non tamen quantũ ad deitatem. ⁊ per consequens nec patrem qui deus est cognoscebant. ¶ Quantum ad tertium dicit: si me sciretis foꝛsitan ⁊ patrem meum sciretis. vbi Augustinus Quid est enim si me sciretis ⁊ patrem meum sciretis. nisi quia ego ⁊ pater vnũ sumus.

Quarta pars.

Equitur. Hec verba locutus est ꝛc. vbi tangit potestatem omnia disponētem: quod pꝛobat presidētia virtualis. Nam potentia alicuius in duobus cognoscitur. s. in opere ⁊ sermone. Unde hic duo possumus considerare. s.

Chꝛisti affabilitatē in istruendo.
Ipsius vigoꝛositatē in resistendo.

¶ Quantum ad primũ dicit. hec verba ꝛc. Chꝛistus enim tanq̄ bonus magister ⁊ pius ⁊ affabilis in loco magis competenti ⁊ decenti docebat turbas. s. i templo qui locus erat diuinis laudibus dedicatus. Unde de ipso dicebat Luce nono. Erat docens quottidie i templo. gazofilaciũ erat locus in q̄ generaliter ferebant oblōnes. ⁊ dicitur a gaza ꝙ est diuitiꝫ ⁊

phylase q̄ est seruare quasi seruatio diuitiarum. ¶ Spiritualiter autem secū dum Bedam. In gazofilatio xp̄s loquit̄ quoniā parabol'. ad iudeos sermōem ꝓfe rebat tunc autem gazophilatiū aperiri ce pit quādo discipulis suis celestia reserua uit vnde in gazophilatiū templ'o adhere bat. q2 que lex ꝛ prophe figuraliter predi xerat ad deum ꝑtinebant. ¶ Quantū ad secundum dicit. ꝛ nemo apphendit eū ꝛc. Nam tantus est vigor ꝛ potentia xp̄i q̄ nullus nisi vellet ꝯtra ip̄uȝ aliqd potuissȝ quia igitur nūdum venerat eius hora in qua disposuerat pati ideo nullus apphen dit. Inuenio autem quadruplicem horaȝ Christi. s.

Laboriose exercitatiōis.
Dolorose afflictionis.
Formidolose discussionis.
Gaudiose refectiōis.

¶ Primo laboriose exercitatōnis ꝛ illa dum Christus fuit in mundo. Nam xp̄s penalitates ꝛ dolores nostros fine pecca to. ideo exuriuit sitiuit. ꝛ lasus fuit. ¶ Se cundo inuenio horam dolorose afflictōis ꝛ illa fuit in qua pro nob̄ voluit pati ꝛ mo ri d̄ qua Mat. 15. Erat autem hora tertia ꝛ crucifixerūt eum. ¶ Tertio inuenio ho ram formidolose discussiōis. ꝛ illa erit in die iudicij. ꝛ est cuilibet homini quando transibit de h̄ mundo per mortem de qua Mat. 24. Vigilate quia nescitis qua ho ra domin⁹ vester venturus sit. ¶ Quar to inuenio horam gaudiose refectionis ꝛ illa erit in patria de qua p̄s. Satiabor cuȝ apparuerit gloria tua. Nam h̄ hora non potest perfecte haberi in hoc mundo. sed in futuro vbi erit perfecta refectio ꝛ sa cietas de quolibet fideli dici possit illud Mat. 10. Dedit illi dominus claritatem. Ad q̄ȝ claritatem ꝛc.

¶ Feria secunda dominice quinte in qua dragessima.

Miserunt principes ꝛ pher ministros vt apphenderēt yh̄m ꝛc. Jo. 7. Proprietas enim inuidorū est de bono alterius cōtristari ꝛ quāto plura bona vident in alio tanto pl's inui dia molestat. ꝛ omnia bona que dicuntur vel fiunt ab aliquo semp̄ in malum ꝯuer tunt. ¶ Sufficiētia vero alicuius haben tis alios regere vel instruere requirit vt habeat sapientiā. per q̄ȝ possit obuiare ſb dītorum ꝛ pſecutorum malitijs. vnde dici tur Prouer. 20. Dissipat impios rex sa piens ꝛ incuruat super eos fornicem. Re quirit etiam vt habeat prouidentiaȝ per q̄ȝ possit disponere de futuris periculis. Requirit nihilominus munificentiaȝ per q̄ velit subuenire indigentibus in neces sarijs. ¶ Xp̄s autem per suam sapientiā malitie ꝛ fatuitati iudeorum obsistit. per suam prouidentiā d̄ futuris disponit. per suam munificentiaȝ sua magna dona pro mittit. secundum h̄ igitur in h̄ euangelio quattuor tangit. s.

Malignitatem inuidētem crudelius.
Sagacitatem ꝓuidentem prudentius.
Fatuitatem oppinātem simplicius.
Largitatem exhibētem cōmunius.

¶ Primū probat persecutio personalis. Secundum responsio scientialis. Tertiuȝ suspitio bestialis. Quartum promissio li beralis. Primū in principio. Secundum ibi. Dixit ergo yh̄s ꝛc. Tertium ibi dixe runt ergo iudei ꝛc. Quartum ibi in nouis simo autem die ꝛc.

Prima pars.

Quantum ad primum vbi tangit ꝛc. q̄ probat ꝛc. dicit miserunt principes ꝛc. principes enim sa cerdotū ꝛ phei videntes q̄ Christus per suam ꝑdicationem maximum cōuertebat populum ꝛ q̄ gloriabat ꝛ cōmendabatur a turbis dicentibus Christus cum vene rit nunquā plura signa q̄ȝ hic facit. moli

inuidia voluerunt eum capere sed timue runt turbam. ⁊ ideo consilio habito códu xerunt ministros ⁊ forte illius secundum Criso^m. Qui dominabat ibi pro romanis quia tales multociẽ per lucrum temporale periculis se exponũt ad que se principes nec etiã phĩey exponere vt xpm caperent puniendũ ex quibus appareret secundũ Criso. ꝙ non solum propter violationem sabbati phĩey ⁊ principes sacerdotum per sequebantur xpm. sed propter inuidiam quia cõmendabatur a turbis. ¶ Ista ap prehẽsio Christi facta fuit figurata in pa rabola ꝙ̃ xp̃s dixit iudeis Mat. 21. De agricolis ⁊ vinea vbi dicitur sententiali ter ꝙ quidam homo paterfamilias locas set vineam suam agricolis. ⁊ nouissime fi lium misissꝫ vt perciperet fructus agrico le apprehensum filium proiecerunt extra vineam ⁊ occiderunt eum. ¶ Vbi ꝙ per istum patremfamilias intelligit deus pr̃ q est pater omniũ hoiũ huius mũdi per creationem eph. 3. Ipse est ex quo omnis paternitas in celis ⁊ in terra nominatur per vineam autem intelligit lex mosayca que tunc tẽporis instar vinee dicitur por tasse fructum quia viuentes poterant me ritorie operari. ¶ Per agricolas huius vinee intelliguntur iudei quibus lex spe cialiter erat data per filiũ autem patris familias intelligitur Christus yhs cui di xit Petrus Mat. 26. Tu es Christus fi lius dei viui. pater igitur famil'. i. deus pater misit filium suum. i. Christum ad agricolas. i. ad iudeos quibus fuit specia liter missus iuxta ꝙ ipse dicit Mat. 25. Non sum missus nisi ad oues que perie runt domus Isrl'. ¶ Licet autem deus pater sic misericorditer filium suum mise rit ad iudeos velud ad agricolas vt ab eis fructum reciperet bonorum operum. tamen ipsi tanquã peruersi ⁊ obstinati in suis malitijs eum apprehendisse dicitur ⁊ extra vineam eiecisse dicũtur dum ipm calũniabantur ꝙ legeꝫ mosaycam non ob seruabat iuxta ꝙ dixerunt Jo. 9. Non est hic homo a deo qui sabbm non custodit. vnde dicitur Luc. 4. Quod eiecerũt eum extra ciuitatem ⁊ duxerunt eum vsqꝫ ad supciliuꝫ montis. super quem ciuitas illo rum erat hedificata vt pcipitarent eum. sic igitur tanqꝫ legis trãsgressoreꝫ eiectũ occidisse dicuntur. dum eum tradiderunt pontio pylato vt crucifigeret iuxta ꝙ dic̃ Jo. 19. Apprehendit pylatus yhm ⁊ fla. ⁊ infra. tunc tradidit eis illum vt crucifi geretur.

Secũda pars.

Sequitur. Dixit ergo yhs ⁊c. vbi tangit sagacitatem prouidenteꝫ prudentius. ꝙ probat responsio scientialis proprietas quideꝫ sagacis est suos aduersarios verbis blãdis alloqui vt sic possit eorum malitiam mittigare. Nã Prouer. 15. Responsio molis frangit irã sermo durus suscitat furorem Christus igitur sagax suis psecutoribus non arro ganter respondet sed dulciter eos debent nihilominus salubriter instruendo. ⁊ secũ dum h igitur hic duo possumus conside rare scilicet.

Breuitatem psentie ad morãdum.
Calamitatem indigẽtie ad habẽduꝫ.

¶ Quantũ ad primum dicit. Adhuc mo dicum tempus vobiscum sum ⁊c. Christ⁹ enim volens satisfacere suis psecutorib⁹ respondit eis benigne. Adhuc modicum tempus vobiscũ ⁊c. q. d. secundũ Augusti. Quod modo vl'tis facere estis facturi sꝫ non modo. quia enim volo implere dispẽ sationem meam. ⁊ sic peruenire ad pas sionem meam signanter autem dicit vo biscum ⁊ non hic sum. q. d. secundum Au gusti. ⁊ si psequimini me tamen non cessa bo que sunt pro vobis dispẽsans ⁊ ea que sunt ad salutem docens ⁊ monens vos. ¶ Sciendum est autem super illo verbo

vado ad eum qui misit me. q̃ deus pater filium suum misit in mundum vt nos a peccatis redimeret ⁊ donaret hereditatem eternaȝ. iuxta illud Gallt. 4. At vbi venit plenitudo tẽporis in quo misit de⁹ filium suum factum ex muliere factum sb lege vt omnes qui sub lege erant redimeret. vt adoptionem filiorum reciperem⁹ vnde potest figurari per Joseph de quo sententialiter dicitur Gen̄. 45. Quod cuȝ esset in egypto ⁊ fratres eius haberent maximã penuriam victualium ⁊ iuissent ad ipsum licet eum non cognoscerẽt fratrem suum esse ipse tamen consolatus est eos. d. ego sum Joseph nolite timere pro salute enim vestra misit me dominus añ vos in egyptuȝ. ¶ Ubi sciendum q̃ per Joseph qui dictus est filius accrescens ⁊ decor⁹ aspectu intelligitur Christus ỹhs qui pulcher aspectu dicitur quia sine peccato. accrescens autem quia in ipso tantũ creauit humanitas q̃ fuit diuinitati coniuncta. qui instar Joseph dicitur fuisse in egypto quando fuit missus in vtero de quo Baruch. 3. In terris visus est ⁊ cum hominibus conuersatus est. ¶ Per fratres autem Joseph. i. xp̄i intelliguntur omnes homines huius mundi. qui quantum ad humanitatem Christo consimiles fratres aliq̃liter dici possunt vt d̾ ipo dicãt illd̾ Gen̄. tregessimoseptimo. Frater enim ⁊ caro nr̃a est. ¶ Isti fratres iõ dicunt fuisse i magna pẽuria. anteq̃ȝ Jo. fratreȝ suũ cognouissent. q: genus humanuȝ anteq̃ȝ dei filius in mũdum istum per incarnationem venisset fuit in magna penuria gratie spiritus sancti quia nũduȝ fuerat habũdanter effusa. Cur aũt sic voluit vt haberent penuriaȝ audi quid dixit populo Moy. Deutero. 8. Afflixit inquit te dominus penuria ⁊ dedit tibi mãna cibũ quem ignorabas tu ⁊ patres tui vt ostenderet tibi q̃ non in solo pane viuit homo sed in omni verbo q̃ egreditur de ore dĩ. ¶ Nam re vera verbum dei ex ore eius prouenien̄s est Christus dei filius a patre genitus ab eterno vnde Johãnis pri mo. In principio erat verbum ⁊ verbum erat apud deum ⁊ deus erat verbum. vt igitur in isto verbo cognosceremus habundantiam gratie. nos reficientis spiritualiter ante ipsius aduentum erat penuria in mundo sed per ipsum in omnes fideles volentes se disponere liberaliter est diffusa eius gratia nam Johãnis pri mo. Uidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti a patre plenum gratie ⁊ veritatis. de cuius plenitudine omnes nos accepimus gratiam pro gratia. ¶ Iste igit̃ instar Jo. confortat nos omnes. d. Ego sum Joseph nolite timere vel pauere. in cuius signum dixit angelus pastoribus Luce secundo. Nolite timere euangeli⁹ vobis gaudiuȝ magnum q̃ erit omni populo quia natus est ⁊c. ¶ Causam autem huius confortationis assignans Christo subiungit. pro salute vestra misit me dominus in egyptum. Naȝ in egyptum idest in mundum istum obscurum misit dominus filium suum saluatorem ad quem recipiendum cum reuerentia nos admõet beatus Jacobus in canõica sua dicens. Abicientes omnem imundiciam ⁊ habundantiam malitie in mansuetudine suscepite insitum verbum q̃ potest saluare animas vestras. ¶ Quantum ad secundum dicit queritis me ⁊c. Nam iudei habentes presentem despexerunt ⁊ in ipsum noluerunt credere qui postmodum absente volentes quere͂ nullatenus potuerunt inuenire vt de quolibet dici poterit illud Prouerbiorum decimoquarto. Querit derisor sapientiaȝ ⁊ non inuenit. ¶ Moraliter autem lo

quendo sciendum.est ꝙ illud.ꝙ Christus tunc dixit iudeis.idest ꝙ ipsum quererét tamen nó inuenirét.pót ꝛ nūc dicere mul tis. ¶ Nam aliqui sunt qui Christum volunt in delitijs corporalibus. Aliqui in diuitijs temporalibus ꝛ aliqui in hono ribus secularibus.sed licet in talibus que rant Christum tamen non inueniunt. Hoc autem fuit figuratū Job.vigesimo octauo.vbi dicitur. Sapientia non inue nitur. ꝛ quis est locus intelligentie ne scit homo pretium suum nec inuenitur in terra suauiter viuentium abissus dicit nó est in me.ꝛ mare loquitur non est mecū. ¶ Ubi sciendum ꝙ homines suauiter vi uentes intelliguntur homines dediti car nalibus desiderijs.per abissum vero pro fundum intelligūtur dediti diuitijs tem poralibus per peccatum auaritie qui in star abissi nunquaꝫ possunt repleri.iuxta illud Ecclesiastici nono. Auarus non im plebitur pecunis.nó aduertens miser pec cator ꝛ auarus.ꝙ non congregabit tot di uitias quin veniat ad mortem.ꝛ sic d abis so diuitiarum profundabit in infernum. ¶ Per mare vero tempestuosum.ꝛ timi dum intelliguntur dediti honoribus secu laribus per superbiam.qui instar mare semper sunt tempestuosi.iuxta illud Pro uerbiorum decimotertio.Inter superbos semper iurgia sunt non aduertens ꝙ su pbia instar maris finaliter tradet in mor teꝫ vt verificetur illud Apoc.2.Dedit ma re mortuos qui in eo erant.¶ Ubi auteꝫ Christus inueniatur dixit angelus figu ratiue Luc.2.Inuenietis infantem pánis inuolutum ꝛ positum in presepio.¶ Ubi considera infantem: humilitatem contra superbiam in pánis vilibus: paupertateꝫ contra auaritiam in repositione presepij. austeritatem contra luxuriam vnde vo lentibus Christum querere dicitur Sap. primo. Sentite de domino in bonitate ꝛ simplicitate cordis querite illum quantuꝫ ad mundiciaꝫ quoniam inuenitur ab his qui non temptant illum.s.per superbiam apparet autem ill' qui spem habent in il lum licet sint pauperes rebus propter suam munificentiá.

Tertia pars.

Equitur. Dixerunt ergo iudei ꝛc. vbi tangit fatuitatem oppi nantem simplicius ꝙ probat sus picio bestial'. iudei quidem velud arro gantes quia legem habebant a deo se co lectos vocabant.gentil's vero despectiue vocabant dispersos quia legem mosaycaꝫ non habebant.quos tamen deus puniuit quia hodie per vniuersum mundum di spersi.gentiles vero ad unitatem fidei có gregati fatue autem oppinantes dixerūt ad semetipsos quo hic iturus est quia nó inuenietmus eum nunquid in dispersioneꝫ gentium iturus est ꝛ docturus gentes li cet autem fatue oppinarentur tamen sa lutem gentium predixerunt docuit auteꝫ gentes dominus siue Christus ꝛ si non per seipsum personaliter sicut iudeos ta men docuit per omnes discipulos quib⁹ dixit Mat.28.Euntes docete omnes gē tes baptizantes eos in nomine patris ꝛ filij ꝛ spiritus sancti. ¶ Sciendum est autem hic vbi fit mentio de doctrina ꝛ euangelizatione Christi facta per disci pulos ꝙ ipsi nobis euangelizauerūt illud figuratiue ꝙ dicitur Apoc.14.vbi senten tialiter dicitur. Quod Johánes vidit tres Angelos predicantes quorum pri mus volabat per medium celi. habens eternum vt euangelizaret sedentibus su per omnem terram ꝛ super omnem gen tem.ꝛ.voce magna timete deum ꝛ date

illi honorem. ⁊ adorate eum qui fecit celũ ⁊ terram ⁊ omnia que in eis sunt. ¶ Cuius rationem assignans dicit ꝙ venit hora iudicij eius. ¶ Secundus angelus sequutus est primum. d. cecidit Babilon illa magna que a vino fornicationis sue potauit omnes gentes. ¶ Tertius angelus sequutus est illos. d. voce magna si quis adorauerit bestiam ⁊ eius ymaginem receperit caracterem in fronte sua vel manu. bibet de vino ire dei. ⁊ cruciabit igne ⁊ sulphure: ⁊ fumus tormentorum suorũ ascendet in secula seculorum. nec hẽbunt requiem die ac nocte. ¶ Ubi sciendũ ꝙ homo potest in tribus ponere spem suam scilicet.

In Christo: ⁊ h̃ est bonum.
In mundo: ⁊ h̃ ẽ malum.
In dyabolo: ⁊ h̃ est pexime.

¶ Et secundum hoc sunt tres predicatores indicantes nobis proprietates illorũ trium in quibus sperare possumus ⁊ qd agere debeamus. ¶ Primus igitur angelus ãnunciat nobis de Christo ꝙ ipse fecit celum ⁊ terram propter est maxime potestatis. Et ideo ipsum debemus timere: ⁊ sic expellere a nobis omne peccatũ: quia eccl'astici. i. Timor domini expellit peccatum. ¶ Secundo ipsum honorare faciendo opera virtuosa: quia talis honor est verus. Unde. Pr. 3. Honora dominũ d̃ tua substantia ⁊ de premitijs omniũ frugum tuarũ da pauperibus. ¶ Tertõ ipsum adorare faciendo sibi reuerentiã cognoscendo ipsum esse redemptorem omnium ⁊ glorificatorem iustorum. ¶ Ratõ autem quare debemus ista facere reddit quia venit dies iuditij. vbi Christus veniet iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ rationem a nobis exiget qualiter ipsũ timuerimꝰ peccata cauendo ipsum honorauerimus: bona opera faciendo. Ipsum adorauerimus reuerentiam exhibẽdo. d. illud Luc. 13. Redde rationem vilicationis tue.

¶ Secundus angelus ãnunciat de mundo duo. ¶ Primo eius placibilitatẽ apparentem quia de vino consolationis sue apparentis potat omnes gentes. dum. s. omnibus proponit seipsum. ⁊ quicqd ĩ ipso consolatõis ⁊ leticie signate per vinũ inebrians ⁊ delectans. ¶ Secundo nobis annunciat eius labilitatem deficientem. Nam quia iuxta illd̃ Johan. 2. Mũdus transibit ⁊ concupiscentia eius in ipso confidere non debemus. Ideo dicit qa cecidit Babilon. i. mundus omni confusione plenus dicit. Cecidit in preterito ad maiorem certitudinem veritatis. vt d̃ ipso dici possit illud Js. 21. Cecidit Babilon ⁊ omnia sculptilia eius contrita sunt ĩ terra. ¶ Tertius angelus annunciat de dyabolo. ¶ Primo eius naturam impugnantem quia vocat eum bestiam q: crudelis instar bestie est hominibus ipsos impugnando grauiter vt sit illa quarta bestia de qua Dañ. 7. Bestia quarta terribilis atq; mirabilis ⁊ fortis nimis. Dentes ferreos habens magnos. Comedens atq; comminuens ⁊ reliqua pedibus conculcans. ¶ Secundo tangit eius culpam deformantẽ qua in se habet ⁊ ĩ alios si potest inducit quã vocat ymaginem ⁊ caracterem bestie. ¶ Nam culpã in diabolo dici potest caracter indebilis. in homine vero ymago potest per penitẽtiam aboleri. ¶ Tertio tangit eius penam affligentem quam in se patitur ex qua peccatores patientur. quia dicit. ⁊ bibent de vino ire dei. quando. s. Christus dicet ill'. Mat. 25. Discedite a me maledicti in ignem eternum qui paratus est dyabolo ⁊ angelis eius. Quantum vero sit horribilis audi illd̃ Js. 34. Ascendet fumꝰ eiꝰ a generatione in generationẽ. ⁊ desolabitur in secula seculorum.

Quarta pars.

Equitur. In nouissimo autem die &c. vbi tangit largitaté exhibentem omunius qꝫ probat promissio liberalis xp̄s enim tanq̄ liberalis dignos. ⁊ tempore congruo inuitat ad dona sua liberaliter subsequéda vellato siue figurato sermone quez nob beatus Johānes huius historie clarius demóstrauit. ⁊ secundum h̄ hic. 5. possumus considerar̄. s.
Temporis ꝯgruitatem.
Inuitantis curialitatez.
Recipientis facultatem.
Muneris largitatem.
Teguminis claritatem.
¶ Quantum ad primum dicit in nouissimo autem die &c. Quia enim multi ad festiuitatem cóuenerant fuit tempus congruum vt eos Christus liberaliter inuitaret vt sic ab ipso recederent recreati. Nam secundum Criso. Cum recessuri essent domum celebrate festiuitate domin⁹ dat eis viatica ad salutem. Istud festum secundum Augu. appellatur scenophegia i. tabernaculorū constructio. ¶ Quantuz ad secundum dicit. si quis sitit veniat ad me ⁊ bibat inter alia enim que desideret ⁊ appetit homo est bibere quando sitit. cuius est ratio. quia homo inter alia que desiderat est viuere. quia vero sitis accidit ex h̄ qꝫ calor nimis consumit humidū nutrimentum quo consumpto mors sequitur. hinc est qꝫ homo desiderat ⁊ appetit bibere. vt sic per potum frigiduz ⁊ humidum nutrietur calor nimius ⁊ nutrimentum humidum augeatur. ¶ Ut Christ⁹ desiderium magnum ostenderet. qꝫ debemus habere de nostra salute. ⁊ de habendo diuinam gratiam. ideo nos inuitando sitiendo vocat quos ad spiritualem potū inuitat Is. 55. Ne quis autem possit se excusare dicit Apoc. Ego sitienti dabo de fonte aque viue gratis. si quis sitit veniat ad me ⁊ bibat. ¶ Ad istum possunt omnes homines accedere dum in h̄ mundo viuit. siue peccatores sint siue iusti fuerint peccatores vt indulta culpa recipiāt gratiam iustis autem vt in ipsis gratia que inerant augmentetur. ⁊ sic fons ille vel potus omnibus viatoribus patet de quo figuratiue dicitur Zach. 12. In die illa erit fons patens domui Dauid. ⁊ habitātibus Jerusalem in ablutionem peccatoris ⁊ menstruate. ¶ Ubi sciendum. qꝫ per Dauid. qui manu fortis interpretatur intelliguntur acitiui qui fortes debent esse in aggrediendo difficilia ⁊ sustinendo aduersa quorum cuilibet dicitur. 3. Re. 2 Confortare ⁊ esto robustus. vir fortis ⁊ obserua custodias domini tui. per ierusalem autem que visio pacis dicitur. intelliguntur illis qui dimissis temporalibus in quibus multiplex reperitur distinctio. mentem suam cum deo spiritualiter viuūt celestia contéplando vt de ipsis dici possit illud Mat. 17. Leuantes oculos suos neminez viderunt nisi solum Jesum per peccatores autem intelliguntur peccantes in spiritualibus de quoruz quilibet dicitur Ecclesiastici. 13. Cor neq̄ grauabitur in doloribus. ⁊ peccator addiciet ad peccandum. ¶ Per menstruatam vero immundam intelliguntur peccantes peccatis carnalibus quantum ad corpus ⁊ animam maculantur de quibus dominus Is. 57. Iusta mensuram menstruate facta est viam illoruz coram me. ¶ Quātum ad tertium dicit. Qui credit in me &c. Nam fides siue credulitas quadam facultatem dat homini vt Christo potum spiritualem accipiat gratie. salutaris vnde Christus dicit Mat. 21 Discipulis. Omnia quecunq̄ petieritis in oratione credentes accipietis. fides siue credulitas per q̄ habemus facultatem recipiendi gratie potum spiritualem est.

Purgatiuam viciorum.
Conteptiuam mundanorum.
Spretiuam tormentorum.
Adeptiuam supernorum.
¶ Primo est purgatiua viciorum. Nam qualiter per fidem purgantur in homine patet per illud quod dicitur Prouer.15. Per misericordiam et fidem purgantur peccata per timorem domini declinat omnis homo a malo. hoc autem patet in Magdalena. cui Christus dic Luc.7. Fides tua te saluam fecit vade in pace. ¶ Secundo est conteptiua mundanorum. et hoc patet in Mat. de quo dicitur Mat.9. Quod cum Christus vidisset eum sedentem in thelonio et dixisset sibi sequere me. surgens secutus est eum. hoc etiam in alijs discipulis vnde Mat.19. Ecce nos relinquimus omnia et secuti sumus te. quorum exemplo debemus et nos sequi Christum.
¶ Tertio est spretiua tormentorum. quod patet in Andrea qui iudicatus cruci dicebat. O bona crux que decorem et pulchritudinem de membris domini suscepisti. suscipe me discipulum eius vt per te me recipiat qui per te me redemit hoc etiam patet in Stephano Laurentio. et multis alijs de quibus Cor.ij. Sancti per fidem vicerunt regna operati sunt iusticiam. adepti sunt repromissiones. ¶ Quarto est adeptiua supernorum. Nam qualiter patriarche et prophe apostoli. et martires doc. virgines confess. adepti sunt bona patet per illud. quod in laudibus verorum gloriosorum dicitur Ecclesiastici.44. Omnes isti in generationibus gentis sue gloriam sunt adepti et in diebus suis habentur in laudibus vnde ad comendationem fidei dicit Augusti. de verbis domini. Nulle maiores diuitie. nulli thesauri, nulli honores. nulla huius mundi maior est substantia quam fides catholica. que peccatores homines saluat cecos illuminat infirmos curat cathecuminos baptizat. fideles iustificat penitentes reparat iustos augmentat martires coronat. virgines et viduas casto pudore conseruat. clericos ordinat sacerdotes consecrat. in eternam hereditatem cum sanctis Angelis collocat.
¶ Quantum ad quartum dicit. Flumina de ventre eius fluent aque viue. Nam tunc munus aliquod large donatum dicitur quando illum cui datur replet interius et in alios caritatiue redundat. vt igitur munus quod Christus dat suis fidelibus ostendet liberaliter datum innuit qualiter hominem replet interius et qualiter possit in alios redundare, et secundum hoc hic tria possumus considerare. s.
Vbertatem magnificã.
Sacietatem intrinsecã.
Vtilitatem extrinsecã.
¶ Quantum ad primum dicit flumina pluraliter non flumine singulariter vnde Criso. Dicit autem flumina et non flumen copiositatem oculte insinuans. ¶ Quantum ad sacietatem intrinsecam dicit. De ventre eius vbi Augusti. venter autem interioris hominis est conscientia cordis cui bibito illo liquore vescit. vescit purgata cõscientia et auriens fontem etiam ipsa fons erit. ¶ Quantum ad vtilitatem extrinsecam dicit. Fluent aque viue. Nam per fluxum illorum fluminum fluentium aquas viuas intelligitur vtilitas que venit ad proximos exterius ab illo qui in seipso habet gratiam habundanter vt dicere possit illud Deutero.22. Concrescat vt pluuia doctrina mea. fluat vt ros eloquium meum. ¶ Quantum ad quintum

dicēs hoc autem dixit de spiritu ꝛc. euangelista quidem sciens Christum fuisse locutum de aqua ꝛ flumine figuraliter sub tegmine nob' ipsius dictum declarat ostēdens ꝙ per h spiritus sanctus gratia dicitur aqua vel fluui⁹ quia lauat maculam deformantem refrigerat cōcupiscentiam. ardescētē3. viuificat animā morientem.

¶ Primo lauat maculam deformantem ꝛ h dedit vobis intelligere quando dixit Ezechielis. 36. Effundam super vos aq̄ꝫ mundam ꝛ mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris ꝛ ab vniuersis ydolis vestris mundabo vos. ꝛ dabo vob' cor nouū. ꝛ spiritum nouum ponam in medio vestri. ¶ Secundo refrigerat cōcupiscētiam ardescentem vnde Ecclesiastici. 18. Nōne ardore3 refrigerabit ros. q. d. ymo vt h ardore refrigerato dicant homines cum ps. Trāsiuimus per ignem ꝛ aq̄ꝫ ꝛ eduxisti nos in refrigerium. ¶ Tertio viuificat animam morientem vnde Jo. 6. Spiritus est qui viuificat caro autem nō prodest quicq̄ꝫ. h est 1ª de qua Christus dixit samaritane Johan. 4. Qui biberit ex aqua q̄ꝫ ego dabo ei non sitiet in eternum sed aqua qua3 ego dabo ei fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam.

¶ Gratia spiritus sancti dicitur fluuius quia instar fluuij habet.

Amaritudinem in ortu.

Longitudinem in fluxu.

Cōitatem in vsu.

Circularitatem in reditu.

¶ Primo habet amaritudinem in ortu. Nam sicut flumina oriūtur a mare ꝙ quidem est amarum sic gratia spiritus sancti orif in homine se disponente ad ipam per amaritudinem doloris in cōtritione pudoris in confessione. sudoris in satisfactione vt dicere possit illud Js. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee. ¶ Secundo habet longitudinem i fluxu. Nam sicut fluuius longe pretenditur sic gratia spiritus sancti facit ꝙ homo non solum amicos diffunditur diligendo etiam diligit inimicos. ad ꝙ Christus nos admonet Mathei quinto dicens. Diligite inimicos vestros benefacite his qui vos oderunt. ¶ Tertio habet cōmunitatem in vsu. vnde de ipsa Mathei septimo Omnis enī3 qui petit accipit. ꝛ qui querit inuenit ꝛ pulsanti aperietur. in cuius signum dicitur Actuum decimo. Quod in nationes gratia spiritus sancti effusa est. ¶ Quarto habet circularitatem in reditu. Nam sicut flumen a mare oritur ꝛ in mare reuertitur sic spiritus sancti gratia que habet ortum a deo. nos iterum reducit in deum vt talis reductus possit dicere illud Ezechielis trigesimoquarto. Leuauit me spiritus ꝛ introduxit me in atriū interius. ꝛ ecce repleta erat gloria dom̄ dei. ¶ Inuenio autem secundum duplicem statum hominū iustorum scilicet viatorum ꝛ comprehensorum duplicem aq̄ꝫ scilicet torrentis ꝛ fluminis. ¶ Nam per torrentem que aliquando desicatur ꝛ deficit intelligitur status viatorum que finitur in morte. ¶ Per fluuium autem perpetuum ꝛ durabilem intelligitur status comprehensorum qui permanet in eternum. viatores autem habent aqua3 torrentis. quia sic se habent gratiam spiritus sancti. quia quod ipsam possunt amittere. ꝯprehēsores autem habent aq̄ꝫ fluminis. quia sic habent spiritus sancti

grãm. ꝙ ipsam nõ possunt vlterius pcedere.
¶ Aq̃ torrẽtis viatorũ fuit figurata per
aq̃ torrẽtis quẽ vidit Ezechiel'. Ezechiel'.
47. vbi sentẽtialr̃ dr̃. Quod vidit quẽdã
virũ q habebat in manu sua quãdam mẽ
surã. ⁊ mẽsus est inqt cubitos mille. ⁊ tra
duxit me per aq̃ vsq3 ad talos. rursusq3
mensus ẽ mille ⁊ traduxit me p aq̃ vsq3
ad genua. ⁊ rursus mẽsus est mille. ⁊ tra
duxit me per aq̃ vsq3 ad renes. ⁊ mẽsus
est mille ⁊ traduxit me vsq3 ad torrẽtem
q̃3 nõ potuit trãsuadere. ¶ Ubi sciendũ
ꝙ p istum virum quem vidit Ezechiel'. in
telligitur xp̃s qui vir a virtute dr̃ d quo
Zach. 6. dr̃. Ecce vir oriens nomen eius.
Iste dicitur hr̃e mensurã in manu q2 nob
dedit regulam modũ ⁊ mensurã viuendi
s. illud Mat. 19. Si vis ad vitã ingredi
serua mãdata de quo Is. 40. Quis men
sus est pugillus aquas. ⁊ celos palme põ
derauit. q. d. nullus nisi ds. ⁊ xp̃s est ds. ⁊
sic p omnia mensurare. ¶ Signãter autẽ
dicitur ꝙ mensus sup mille. Nam nume
rus millenarius cõstat ex decem centena
rijs. centenariꝰ ex. x. denarijs. denariꝰ ex
metallo   est aũt milenariꝰ q̃3 centẽa
rius q̃3 etiam denariꝰ dicunt numeri per
fecti. ¶ In milenario sunt tres denarij p̃
mus est decies centũ que faciũt mille. se
cundus. x. que faciũt centum. tertiꝰ est de
cies nũerũ que faciũt. x. in qua igit̃ nume
rus supradictis ꝯtinetur denariꝰ dant̃ in
telligi p̃cepta. x. debemꝰ obseruare pfecto
corde p mundam cogitatõem in ore p ho
nestam ꝯuersationem ⁊ locutõem. in oper̃
p virtuosam exercitatõem. ¶ Qualr̃ aũt
per aq̃ istam sub eadem mensura tradu
ctꝰ fuit Ezechiel'. dr̃. Primo ꝙ traductꝰ
fuit vsq3 ad talos. secundo vsq3 ad genua
⁊c. Nam p talos in qbus est corporis sb
portatio. q2 semp pedes ⁊ talos totũ cor
pus firmat̃ intelligunt̃ qui exñtes in gr̃a
spũs sancti. p ipsa efficiunt̃ ad aggredien
dum difficilia ⁊ sustinendũ aduersa vnde
Ro. 8. Ipse enim spũs adiuuat infirmita
tem nr̃am p genua vero q̃ est itineris am
bulatio. quia ppter iuncturam genuũ pp
q̃3 tibia põt extẽdi ⁊ retrahi ambulat hõ
recte intelligunt̃ q sunt expediti ⁊ pmpti
ad opera meritoria. de qbus Ezechiel'. i.
Ubi erat sp̃s illuc gradiebant̃ nec reuer
tebant̃ cũ ambularẽt. s. ad vicia. ¶ Per
renes ãt vbi est carnis infestatio. q2 in re
nibus viget ꝯcupiª carnis que hoibus ẽ
infesta intelligunt̃ illi q vicia carnalia do
mant qbus dic̃ Apostolus Ro. 8. Si enĩ
s̃m carnem vixeritis moriemini. Si autẽ
spiritu facta carnis mortificaueritis viue
tis. ¶ Per torrentem aũt quẽ nõ potuit
trãsuadere ppter suam pfunditatẽ ⁊ aq̃
rum habũdãtiã dat̃ intelligi. ꝙ postq̃3 spi
ritus sanctus hois talos tetigit ⁊ fec̃ cũ
fortem ad aggrediẽdum difficilia ⁊ susti
nendũ aduersa. tetigit genua. ⁊ fec̃ ipsum
pmptũ ad opera meritoria tetigit renes
⁊ fec̃ eum castum domãdo vicia carnalia
si pseuerauerit in istis illa gr̃a cresset in
tantum ꝙ amplius radere nõ poterit q2
terminabit̃ in gl'a que põt dici gr̃a consu
mata q̃ ideo irradibilis dr̃ quia nũquam
illa transibit aliqs. sed ipsa ppetuo rema
nebit. Aq̃ fluuij quantũ ad ꝯprehensores
fuit figurata p aq̃ fluuij q̃3 vidit Johan
nes Apoc. 21. vbi dic̃ ostẽdit mihi angl's
fluuiũ aq̃ viue splẽdide tanq̃3 cristallum
pcedentẽ de sede dei ⁊ agni i medio pla
tee ierᵐ. ⁊ ex vtraq3 pte fluminis lignũ
vite afferens fructũ. 12. ¶ Udi sciendum.
ꝙ per fluuiũ in quo ẽ aquar habundãtia.
intelligit̃ plẽitudo ⁊ habundantia gl'e ꝙ i
padiso pticipant ꝯprehensores. Nam sic̃
dr̃ Cor. i. Oculus nõ vidit nec auris audi
uit nec in cor hois ascendit que p̃parauit
ds his qui diligũt eum. ⁊ ideo ps. Satia
bor cum apparuerit gl'a tua. ¶ Dicit̃ aũt
iste fluuiꝰ aq̃ viue ppter emanatiõem in
deficiẽtem vt sic iuxta illd Is. 58. Sit illa
gl'a quasi ortus irriguꝰ ⁊ sic̃ fons aquarũ

tribus non deficiunt aque. dr vero splendidus sicut cristallus per claritatem refulgentem . vnde Apoc. 21. Dicitur q illa ciuitas non eget sole neq3 luna vt luceant in ea. nam claritas dei illuminat eam ⁊ lucerna eius est agnus. ¶ Dr aut pceder de sede dei ⁊ agni . propter eius dignitatem excellentem . dicitur vero q pcedit i medio platee ier^m. propter eius largitate diffundente: vt dici possit illud Numeri. 20. Egresse sunt aque largissime ita vt populus biberet ⁊ iumenta: dicitur etiam q ex vtraq3 fluminis erat lignum vite afferens fructu. 12. propter vbertatem habudantem vt de ipsa dici possit illud Dan. 4. Fructus eiꝰ nimiꝰ. ad quem qdem fructum xps nos inuitat sb nomine sapietie Ecclastici. 24. Transite ad me omnes qui concupiscitis me ⁊ a generatoibus meis adimplemini. spiritus meꝰ super mel dulcis ⁊ hereditas mea super mel ⁊ fauum . Ad q hrditate ⁊c.

¶ Feria tertia dnice quinte in. xlª.

Ambulabat yhs in gallileam ⁊c. Jo. 7. Videmus in naturalibus q si aliquis ifirmatur grauiter ⁊ no potest sanitatem recipere nisi aliqua pars in ipso sit sana: qua mediate virtus naturalis operatur ad expellendu3 morbum. cooperante multotiens artis sbsidio. ¶ Sic loquendo spiritualiter accidit q homines defectuosos simul ⁊ vitiosi moraliter no possunt reformari vel corrigi nisi per aliquem potente: sapientem: ⁊ bonum. ¶ Quia igitur totum genꝰ humanum anteq incarnaretur dei filius spiritualiter erat infirmum. per seipsum saluari non poterat: donec venit in mundu3 Christus Jesus qui peccatum non fecit nec inuetus e dolus i ore eius prima pe. 2. per quem totu genus humanu sanitate ⁊ vita spiritualem recepit de quo ps. Misit verbu suu3 ⁊ sanauit eos ⁊ eripuit eos de interiectionibus eoru. Inter iudeos at ad quos spaliter missus fuit xps: aliqui erant malitiosi. ⁊ isti erant vitandi. aliqui erant vanagloriosi. ⁊ isti erant corrigendi Nam iuxta illud prouer. 27. Melior est manifesta correctio q amor absconditus. Aliqui vero erant timorosi: ⁊ isti erat cofortandi dicendo eis illud Eph. Confortamini in domino ⁊ in potentia virtutis eiꝰ Sm hoc hic beatus Johanes quattuor tagit. s.

Prauitate inuidentem crudelius.
Vanitatem appetente sublimius.
Potestate declinante humilius.
Debilitate formidante timidius.

¶ Primu probat persecutio bonitatis. Secudum indiscretio affinitatis. Tertiu dispensatio tarditatis. Quartu hesitatio veritatis. Primu in pricipio. Scdm ibi. Erat at in proximo ⁊c. Tertium ibi. dicit ergo yhs ⁊c. Quartum ibi. Querebant eum iudei ⁊c.

Prima pars.

Quantum ad primu vbi tangit ⁊c. q probat ⁊c. dicit. Ambulabat yhs ⁊c. Quia iudei propter inuidia Christum persequebantur ipsoru consortio aliquando declinabat. Na3 sicut dicit Boetius. A multis bonis actibus homo se retrahit videns se ex hoc alijs displicere. dicit igitur euangelista q ambulabat yhs ⁊c. ¶ Sciendum est q xps vera informatoem morale in gallilea dr ambulasse. Na gallilea vno mo interptat trasmigrato: ⁊ signat trasmigratoe3 q ho o3 facer d vitijs ad virtutibꝰ de qua dicit ps. Transmigra in montem sicut passer. Na exns i pfundo vicior dr i mote transmigrar qn trasit ad opa virtuosa d vitijs. Sic pass erepta e d laqo venatiu. vt at hac trasmigratoem daret nob itelliger i gallilea dr abulasse. postq dbemꝰ abulare. vt

qlib; nrm dicere possit illud eccl'ci.5. Ambulauit pes meus iter rectum a iuuẽtute mea. talis figurari potest per Noe. d' quo dicitur Geñ.6. Noe vir iustus atq; perfectus fuit in generatõibus suis'. cum deo ãbulauit ꝛ genuit tres filios. Sem. Chã. ꝛ Japhet: quem dñs pp bonitatem suam in diluuio liberauit. ¶ Ubi sciendum ꝙ homo qui vult liberari ne submergatur in profundũ inferni d; esse.
Noe p mãsuetudinẽ ꝛ tempantiam.
Justus p rectitudinem ꝛ iusticiam.
Perfectus p claritate; ꝛ prudentiam.
Debet ãbulare cũ deo p rectam itentõe;.
Debet filios gignere p rectam opatõem.
¶ Noe ei; interpretat̃ regescẽs ꝛ signat hominẽ q per virtutem temperantie est quietus a passionibus. qetans ꝛ ptinens in affectõib⁹ vt dicere possit illud eccl'ci 24. In his omnibus requiem quesiui ꝛ in hereditate dñi morabor. ¶ Secundo d; esse vir. Nam vir a virore dr̃. ꝙ signat in quo d; esse vigor ꝛ fortitudo. vitijs resistẽdo: difficilia aggrediẽdo: ꝛ aduersa viriliter sustinendo. cui dr̃. 1. Re. 18. Esto vir fortis ꝛ preliare bella domini. ¶ Tertio debet esse iustus per rectitudinẽ ꝛ iusticiam. Nam teste Ber. Justicia est reddere vnicuiq; ꝙ suum est. tribue i ꝙ suũ est superiori. equali ꝛ inferiori. Redde reuerentiam prelato ꝛ obediẽtiã. quorũ altera cordis. altera corporis ẽ reddere equali consilium quo ignorantia erudiatur ꝛ auxilium quo infirmitas iuuat̃. tribue subiecto custodiam vt possit cauere peccatum ꝛ disciplinam vt ꝙ minus cauit minime maneat impunitum. ¶ Quarto d; esse perfectus p claritatẽ prudentie. Na; teste Seneca. Qui nihil d' preteritis cogitat vitã pdit: q nihil de futuris pmeditat̃ in oĩa incautus incedit. Sic ãt ordinatus virtutibus cardinalibus debet ambulare cũ deo ¶ Debet etiam filios gignere per bõam operationem. Nam homo sic virtutibus adornatus d; in virtuosis actibus exercери ꝙ datur intelligi in fecunditate filiorũ. signanter aũt dr̃ ꝙ Noe tres filios genuit propter tria que ↄsiderare possumus ĩ actibus virtuosis. ¶ Primo famã eorũ significatam p Sem qui interpretat̃ famosus. Nam p bõa opera efficitur homo famosus ꝛ est alijs in exemplum. Nã puer. 15. Fama bona impinguat ossa. ¶ Secundo ↄsiderare possumus cautela; periculorum signatam per Chã qui interpretatur calidus. Nam hõ in suis operibus debet esse cautelosus ne decipiatur per aliquas circunstantias malas. vnde virtuosos homines admonens apl's. dicit Eph. 5. Uidete fratres quomodo caute ambuletis nõ quasi insipientes sed vt sapientes. ¶ 3° ↄsiderare possum⁹ magnitudinem pmiorũ signatam per Japhet qui interpretat̃ latitudo. Nam homo ex suis bonis operib⁹ acqrit de congruo gloriam padisi q̃ accepta potest dicere cum ps. Eduxit me in latitudinem. saluum me fecit quoniã voluit me.

Secunda pars.

Sequitur. Erat aũt in proximo ꝛc. vbi tangit vanitatem appetentem sublimius. quod probat indiscretio affinitatis. Nam parẽtes xp̃i attingentes sibi ex parte matris eius: nundum adhuc persuadebãt sibi ꝙ festũ ascẽderet. vt i fcis suis corã pplo oñderet ꝛ ẽm h hic q̃ttuor possumus ↄsiderare. s.
Tẽporis dispositõem ↄgruẽtem.
Itineris psuasionẽ indicantẽ.
Persuasiõis rõnem iducentem.
Gregis dubitatõem hesitantẽ.
¶ Quantũ ad pᵐ dicit. Erat ãt ꝛc. Nam scenophegia erat vnũ d' solẽnibus festis iudeorũ ꝛ fiebat. 15. mẽsis septẽbris. dicebatur ãt senophegia a fixiõe tabernaculorũ: q: i illo festo iudei septẽ dieb⁹ hitabãt in tabernaculis in memoriã ꝙ 40. ãnis hitauerãt in deserto. ¶ Qᵐ ad 2ᵐ dic̃. Dixe

Dixit āt ad eum f̄res eius 7c. xp̄s qdē ex
parte mr̄is sue hēbat aliquos ꝯsanguine
os q tñ non erant de numero.12.aplo꜃rum
nec adhuc ꝑfecte in ip̄m credebant.q dñr
h̄ fratres more scripture:q̄ ꝓpinquos cō
sāguineos multotiēs f̄res appellat. ¶ Isti
igiꝛ persuadebant xp̄o ꝙ iret in iudeam
ad festum dicētes transi hinc 7 vade i iu
deam ac si dicant ſm Bedam:tu signa fa
cis 7 pauci vident ea. transi ergo ad vr
bem regiam vbi sunt principes vt visis
signis laudem cōsequeris ab eis. ¶ Q^m
ad 3^m dic̄.vt discipuli tui 7c.vbi consāgui
nei xp̄i tribus rōnib⁹ vt xp̄s ad festum
ascendere inducebant. ¶ Primo ꝓp gre
gis confortatōem. ¶ 2° ꝓp honoris acq̄si
tōem. ¶ 3° ꝓp op̄is publicatōem. Propꝛ
p^m dicūt vt discipuli tui videāt op̄a tua
que tu facis. Propter 2^m dicūt. Nemo i
oculto aliq̄d facit 7 querit ip̄e in palā eē.
Propter 3^m dicūt.si hoc facis manifesta
teipsum mundo. ¶ Sciendum ē aūt alr̄
exponēdo lr̄am ꝙ consanguinei xp̄i vide
banꝛ xp̄o tria imponere. Primo formidi
nem 7 imbecilitatem.2° anēgloriam 7 va
nitatē.3° arrogantiam 7 falsitatem facti.
¶ In hoc ꝙ dicunt in ocultū facere ostē
dunt ip̄m timorosum.7 ꝙ ꝓp formidinem
nō audebat faceꝛ publice. In h̄ q inuunꝛ
ip̄m appere publicari hoibus ostēdunt ip̄m
vanagloriosum. In h̄ 3° mundo q: dubi
tatiue loquunꝛ dicētes.si hoc facis:ostēdūt
ip̄m mōdosum:q̄si multa dicat.7 ostēdat se
facere que non facit. ¶ Q^m ad 4^m dic̄.
neq3 eim f̄res eius credebant in eum.vbi
Aug.loquēs d̄ cōsanguineis xp̄i dic̄ xp̄m
esse ꝯsanguineum poterūt hr̄e. credeꝛ āt
in eū ip̄a ꝓpinq̄tate fastidierunt.

Tertia pars.

Egtur dicit ei Jesus 7c. vbi tan
git ꝑtātē declinantem humili⁹:
ꝙ ꝓbat disceptatō tarditatꝫ. licꝫ
ei xp̄s possꝫ ad festū ꝑ libito volūtatꝫ : tñ
ex dispēsatōe tardaꝛ voluit:nec cū suis as
cendere ꝯsanguineis. Sed postmodum si
ne ipsis ascēdit ꝓbens nob̄ humilitatꝫ exē
plū ne nob̄ ostētatōem suadētib⁹ aures de
mus. h̄ igiꝛ q̄ttuor possum⁹ ꝯsiderare.s.
Responsionē mitigantē.
Rōnem cōgruentem.
Expressionē euidentem.
Conclusionē ꝯñtem.

¶ Quantum ad primum dic̄.dic̄ ergo eis
ih̄s 7c. ¶ Circa xp̄m triplex tp̄s possu
mus cōsiderare.s.tp̄s natiuitatꝫ sue.d̄ quo
nō loquiꝛ h̄.tp̄s passiōis sue d̄ quo dixit
iudeis Jo.7.Adhuc modicū tp̄s vobiscū
sum 7 vado ad eum qui misit me.tp̄s glo
rificatōis 7 istud includit.tp̄s resurrectio
nis.ascensionis 7 finalis discussionis. 7 d̄
isto tempore loquitur hic xp̄s. Unde Be
da. Ne autem videatur h̄ ꝯ̄rium ei ꝙ dic̄
apostol⁹. At vbi venit plenitudo tempo
ris misit deus filium suum.referēdum ē
h̄ ꝙ h̄ dic̄:non ad tp̄s natiuitatꝫ:sꝫ ad tp̄s
gl'ificatōis. ¶ Istud aūt tempus ſm Cri
so.pōt referri ad tempus passionis. Unde
Criso. Uidetur autem mihi oculte insinua
ri fortasis enim volebant prodeꝛ 7 trade
re iudeis.7 ideo dicit tempus meum nū
dum aduenit.hoc ē tempus crucis 7 mor
tis.tempus autem vestrum semper ē pa
ratum.q: 7 si vos semper sitis cum iude
is non interficient vos eadem cum ipsis
zelantes. ¶ Quantum ad secundum dic̄.
Non potest mundus odisse vos 7c. Ratō
quare tempus cōsanguineoꝝ xp̄i semper
dr̄ esse paratum:est q: sicut mundani nō
odiebant mundum.tempus autem xp̄i n̄
paratum q: cum mundana reprehēderet
odiebaꝛ a mundo.ex quo pꝫ ꝙ odium cau
satur ex maloꝝ op̄um redargutōne.vult
igitur xp̄s dicere ꝙ mundus eos nō odi
et:q: eadem cum ip̄o volunt. cuiusmodi
erant consanguinei sui.ipsum autem odie
bant : quia ipsius opera reprehendebat.
¶ Quantum ad tertium dic̄. Vos aūt as
cēdete 7c.vbi xp̄s euidenꝛ exprimit suos

cōsanguineos ascensores ad festū cū qui bus tñ nō ascendit vt nobis daret exem plum ƺ Theo. vitādi vanāgloriā. ¶ Sciē duꝫ est autē ꝙ xps nob inuit hic duplex festum. s.

Temporalis letitie.
Solēnitatis eterne.

¶ Primū querebāt cōsanguinei xpi ⁊ ħ festū nō est acceptū deo iuxta ꝙ ipse dicit Is. primo Neomeniā ⁊ sabbatū ⁊ festiui tates. alias nō ferā. iniqui sunt cetus ve stri. calendas vestras ⁊ solemnitates ue stras odiuit anima mea. ¶ Istud festū fuit figuratū per festū Amalechitarū de quibus dicitur sententialiter primo. Re. 3. Quod postquā acceperāt magnā predā discumbebāt super faciem terre comeden tes ⁊ bibentes ⁊ quasi festum diē celebrā tes ꝓ cuncta preda ⁊ spolijs que ceperant tamen inuadens Dauid percussit ⁊ ipsos interfecit. ¶ Ubi sciendum ꝙ per Ama lechitas qui interpretantur gens bruta i telliguntur peccatores qui turpes ⁊ bru ti dicuntur propter peccati maculam de formantem. de quibus dicitur Ezech. 10. Uiri isti posuerunt imundicias suas i cor dibus. ⁊ scandalum iniquitatis sue statue runt contra faciem suam. Isti dicuntur ac cipere predicta preda ⁊ spolia. super qui bus festum faciunt ⁊ letantur. cum dita ti sunt rebus temporalibus luxuriantur i ipsis. quibus dicitur Amos. 6. Ue q dor mitis in lectis eburneis ⁊ laxiuitis i stra tis vestris: qui comeditis agnum ꝺ gre ge ⁊ vitulos de medio armenti: qui cani tis ad vocem psalterij. ¶ Per Dauid autem qui manu fortis dicitur intelligit Christus. De quo Job. 9. Si fortitudo q̄ ritur: robustissimus est. Iste igitur instar Dauid inuadit Amalechitas. i. peccato res imundos ⁊ ipsos interfecit: auferen do predam ⁊ spolia: quando superuenien te mortis sententia ipsos expoliat rebus temporalibus ⁊ tradidit eos in infernuꝫ cruciandos: iuxta illud. 2. pe. 2. Nouit do minus pios de temptatione eripere. ini quos vero in diem iuditij cruciandos re seruare. magis autem eos qui post carnē concupiscentias imundicie ambulant.

¶ Aliud est festum solēnitatis eterne: ⁊ istud est festum Christi ⁊ bonorum ⁊ bea torum omnium. ⁊ ħ festum fuit figuratuꝫ per festum iudeorum. de quo simaliter dr̄ Hester. 8. Quod cum iudei mediāte He ster ⁊ procurante cum rege assuero euasis sent mortis periculum q̄ꝫ Amā hostis eo rum ꝓcurauerat leticia magna fuit in po pulo. epulantqꝫ faciebant conuiuia ⁊ festꝰ dies. ¶ Ubi sciendum ꝙ per iudeos qui interpretantur confitentes siue glorifican tes intelliguntur omnes homines huius mundi qui Christum confiteri debent cō stanter ⁊ ipsum glorificare: iuxta ꝙ de cō fessione dicitur phy. 2. Omnis lingua cō fiteatur quia dominus Jesus Christus i gloria est dei prīs. de glorificatiōe xro dr̄ prima cor. 6. Empti enim estis pretio ma gno. glorificate ⁊ portate deum in corᵉ ve stro. ¶ Per Aman autē q interpretatur iniquus: intellr̄ dyabolꝰ q est inimicꝰ hu mano generi: q: sicut Aman procurauit mortem iudayci populi: sic ipse mortē hu mani generis suis tēptatōibꝰ ⁊ versutijs ꝓcurauit: iuxta illđ sap. 2. Inuidia dyabo li introiuit in orbem terrarum. ¶ Per Hester qui interpretatur preparata vel elleuata in populis intelligit virgo Ma ria que prepata interpretatur. dicitur ꝙ inter omnes feminas se disposuit vt inuē ret a deo gratiam: vt de ipsa carnem as sumens humanam: temporaliter nascerek elleuata vero in populis dicitur ꝙ super omnes feminas predicatur beata.

¶ Per Assuerum autem regem qui in terpretatur beatitudo. intelligitur deus qui est beatitudo nostra: beatificans nos in gloria paradisi. Unde ps. Beatus po pulus cuiꝰ dominus deꝰ eiꝰ ppl's quē ele

git i hereditatē sibi. ¶ Sicut igit hester regina ꝓcurauit cū Assuero rege ne mo rerek populus sicut Aman ꝓcurauit: sic virgo Maria suis p̄cib⁹ ⁊ fructuꝫ queꝫ portauit in vtero .s. xp̄o yh̄u ꝓcurauit a dño vt a morte nos eriperet grām dona ret ⁊ vitam. vt sibi dicere possumus cum ps. Eripuisti animam meā de morte ⁊ pe des meos de lapsu vt placeam coram te in lumine viuentium. ¶ Sic igitur libe rati debemus instar iudeorum diē festuꝫ peragere ⁊ cum ep̄lis spūalib⁹ cum leticia gratulari. ¶ Quantum ad 4ᵐ dicē. hoc cū dixisset ⁊c. vbi tria ꝯsidera .s.

Moram detinentem.
Actum deducentem.
Modum ꝯgruentem.

¶ Qᵐ ad pᵐ dicē. h cum dixisset ⁊c. xp̄s enim cognoscens q̄ cum suis consanguie is ascendisset ad festum concitasset iram p sequētium iudeoꝝ s̄m Theo. noluit cū ip sis ascendere: sed in gallilea remansit.

¶ Quantum ad actum deducentem dicē. vt ascēderunt. lꝫ enim h videatur ꝯ̄riari illi q̄ xp̄s dixit superius .s. q̄ nō ascende ret ad festū diē. tñ vt s̄m veritatem non sunt ꝯ̄ria. primo q: xp̄s dixit superi⁹ con sanguineis suis q̄ non ascenderet cū eis q̄ nec fecit. 2° q: xp̄s nō ascēdit eo modo quo suadebant vt ascēderet .s. vt sibi ⁊ ip sis mundanam gloriam querēt s̄m Aug. Sed ascēdit vtil̄r vt turbam doceret.

¶ Qᵐ ad modū ꝯgruentem dicit. nō tñ manifeste sed quasi in oculto. lꝫ enim xp̄s solo velle possꝫ inordinatum motum exp̄ mere. tñ h noluit p̄ ne ipsius deitas mani festaretur vt eius incarnatio certi⁹ appe ret. ¶ 2° vt nobis daret exemplum vt pi culis imminentib⁹ sciam⁹ quid sit agenduꝫ: quia nec qbuscunq̄ picul' expōere nos de bem⁹. Sꝫ aliqñ licitū ē declinare. ⁊ iō xp̄s h fecē dispēsatiue: ad q̄ ꝯ̄signādum :nō d̄r q̄ simpl̄r ascēdit in oculto s̄m Criso. Sꝫ q̄si i occulto. ¶ Vl' iō xp̄s occulte ascēdē voluit vt s̄m Alcimiū vt nos doceret ꝑ̄ pam declinare mūdanam. ¶ Sciendum ē autem hic vbi fit mentio de ascensu xp̄i. q̄ loquendo allegorice iuenio xp̄m tripl̄r ascendisse .s.

In montem ad erudiēdum veraciter.
In crucem ad redimēdum vtiliter.
In celū ad regnandū feliciter.

¶ Primo in montem ad docēdum vera citer. Nam xp̄s qui dicit d̄ seipso Jo. 14. Ego sum via veritas ⁊ vita. Nam verita tem potuit docere vt merito sibi dici po tuerit illud Jo. 17. sermo tuus veritas ē.

¶ 2° ascendit in crucem ad redimenduꝫ vtiliter. Nam xp̄s vt gen⁹ humanum re dimeret voluit crucifigi. ⁊ h ē q̄ p̄dixe rat discipulis Math. 10. Ecce ascēdimus Jeroᵐ. ⁊ fili⁹ hōis tradetur p̄ncipibus sa cerdotum ⁊ scribis ⁊ condēnabūt eū mor te. ⁊ tradēt eum gentib⁹ ad illudenduꝫ ⁊ flagellandum ⁊ crucifigendum. vnde pōt figurari per Dauid. de quo sententialiter d̄r. 2. R. 15. Quod cū persequeretur ab Ab salon filius ei⁹ ascendebat culmē oliuarū scandens ⁊ flens opto capite ⁊ nudis pe dib⁹ incedens. ¶ Ubi sciendum q̄ p Da uid qui interp̄tatur manu fortis ⁊ deco rus aspectu. intell̄r xp̄s qui fortis est per potentiam insuperabilem. ⁊ decorus aspe ctu per sanctitatem admirabilem. de quo dicitur primo. R. 2. Non est sanctus vt ē domin⁹ neq̄ est ali⁹ extra te. ⁊ non ē fortꝭ sicut de⁹ noster. Per Absalon aūt qui in terp̄tatur p̄ris amaritudo filium Dauid intell̄r popul⁹ iudaycus: quem xp̄s quasi in filium adoptauerat. ⁊ cum quo xp̄s fuit corporal̄r conuersatus. qui p̄ris amaritu do dici potuit. dum xp̄o procurauit ama ritudinē passiōis. sic igit Absalon ꝑsequu tus fuit Dauid p̄rem suū. sic ⁊ iudei xp̄m sunt ꝑsecuti. vt d̄ ipsis xp̄s d̄re potuerit il lud Js. p̄. Filios enutriui ip̄i āt sp̄reuerūt me. xp̄s āt ꝑsecut⁹ ascēdebat culmē oliua rū q ē ascēsus mōtuosus i q̄ sunt oliue: itll̄r

ascẽsus xp̃i i mõtẽ caluarie qui erat iuxta
ciuitatem ierͫ vicinam montis oliueti. ĩ
quo monte caluarie xp̃s crucifixus fuit.
dr̃ autem ꝙ instar Dauid ascendebat scã
dens ⁊ flens. q: xp̃s in passiõe sua clamãs
⁊ lachrimans sp̃m tradidit deo pr̃i. Nam
iuxta illud Jo.27. Clamans voce magna
emisit sp̃m. dr̃ ꝙ ascendebat apto capite.
q: xp̃s in sua passione fuit a iudeis vela
tus. Nam Luc.21. Uelauerunt eũ ⁊ ꝑcutie
bant faciem ei⁹: dr̃ ẽt ꝙ incedebat nudis
pedib⁹ q: ad lr̃am iuit. ¶ 3° xp̃s ascẽdit
in celũ ad regnãdum feliciter. Nam xp̃s
post mortẽ ⁊ passionẽ suam a mortuis re
surrexit vt in eternũ regnaret super oẽs
celos ascẽdit. vñ põt figurari ꝑ Helyam:
de quo dr̃ silr̃. 4. Re. 2. Quod cũ in celũ
d̃beret ascẽdere iuit p̃ in bethel. 2° in ieri
cho. 3° ad flumen iordãis ⁊ inde fuit in ce
lum. i. in aeris altitudinẽ vt portaret ĩ pa
radisum terrestrem. ¶ Ubi sciendum ꝙ
per Helyam qui interpretat̃ d̃s dñs: intel
ligitur xp̃s quẽ post resurrectõem suaʒ co
gnoscẽs Thomas. Jo.20. Dominus me⁹
⁊ deus meus. sicut autem Helias antequã
ascẽderet in celum. p̃ iuit in bethel ⁊c. sic
sp̃ũaliter fecit xp̃s. Nam bet. interp̃tatur
domus dei. ⁊ signat beatã virginẽ in cui⁹
vtero velud in domo dei xp̃s conceptus
fuit. Jericho ãt interpretat̃ luna ⁊ signat
istum mundum. instar lune mutabilem ⁊
defectibil' in quẽ venit xp̃s quando d̃ vir
gine matris fuit natus. Jordanis autem
interpretat̃ fluuius iudicantĩ. ⁊ signat pas
sionẽ xp̃i q debʒ iudicar̃ mũdũ. cui⁹ fluui⁹
fuit ei⁹ sanguis p̃tiosissim⁹ quẽ ꝓ nob̃ re
